

B. M. H. 128.

A. 32, 4.

(X 1880689)



DISSERTATIO JURIDICA

De

AUSTREGIS,

Quam

IN HOC NOSTRO

LUDOVICIANO ATHENÆO

Assistente Divini Numinis Gratiâ,

PRÆSIDE


JOHANNNE STEPHANO
SCHLANHOVIO,

J.U.L. & Illustr. Dicaster. Gieß. Advoc. Ordin.

JOHANNES GEORGIUS Neurath /
Alsfeldiâ Hassus.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

Ad Diem 6. Septembr. subjiciet.



GIESSÆ HASSORUM,

Literis Academicis K A R G E R I A N I S,

Anno M. DC. LXXXIV.



VIRO
FORTISSIMO AC MAXIME STRENUO
DOMINO,

DN.

CONSTANTINO

Neurath/

SERENISSIMÆ AC POTENTISSIMÆ
DOMUS

HASSO DARMSTADINÆ

CAPITANEO

PRÆFECTURARUM ALSFELDENSIVM
AC ROMRODENSIVM:

PRÆTORI

PRÆFECTURÆ ALSFELDENSIS ET
SCHWARZENSIS MERITISSIMO.

*PATRI suo pro grata infinitorum collatorum beneficiorum
memoria, & ulteriori amoris Paterni conseruatione*

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



*Disputationem hanc filiali animo & pio
cultu venerabundus
offert*

GEORGIUS Neurath/ Resp.



Σὺν τῷ Θεῷ.

DISPUTATIO

DE

AUSTREGIS,

CAP. I.

Exhibens Generalia & quorundam Statuum austregas conventionales.

THES. I.



Um in republica bene constituta, ad concordiarum conservationem & iniquitatum calumniarum coercionem, nihil tam frequens, nihil tam necessarium, quam judiciorum usus, reperitur, siquidem sine eo, Respublica non foret aliqua firma socialitas, sed dissoluta turba, in qua homines secundum diversorum ingeniorum varietatem modo in ipsa civium viscera, modo in eorum bona & quicquid possiderent ad beluarum instar, ruerent, cum hodie quorundam improborum hominum tanta inveniatur malitia, & effrenis rei suae augendae libido, alienisque inhians cupiditas, ut ne mansuetissima Christi doctrina, ubique pacem, benevolentiam, humanitatem, mansuetudinem, humilitatem, opum contemptum, & ad condonandas injurias propensionem inculcare, ac inter Christianos injustissimas insidias, lites & aliorum oppressiones extirpare valeat:

Λ

VO
O
M
ET
ne
pio
resp.



valeat: Est sanè, ut robustiorum & fortiorum hominum potentiam occupet vehementior debiliores; extinguendi voluptas: externo itaque opus est imperio, ut æquum ab iniquo, licitum ab illicito discernatur, & boni efficiamur, uti Ulpianus ait, in *l. 1. §. 1. de justit. & jur.* etiamsi interdum eveniat, ut in judiciis vim ac injuriam patiamur, hoc tamen cum fiat, judiciorum norma, non ex deficiente ingenio judicantium, sed ex intentione ea ordinantium, est æstimanda: nedum, quod Impp. Arcadius & Honorius ajunt, *ne timeas contumeliam judiciorum & ab ipsa injuria possis facile provocare l. 30. C. de appellat. & consultat*: Confugimus igitur læsi ad constitutum judiciorum usum saluberrimum, tanquam ad sacram anchoram, tutumque remedium, quo id, quod nostrum est, aut quacunque ratione nobis debetur, persequimur, retinemus aut recuperamus: concernuntque judicia omnes Imperii Romano Germanici cives mediatos & immediatos, hos, quæ concernunt, sunt vel primæ vel secundæ instantiæ; judicium primæ instantiæ denuò est vel privilegiatum vel non privilegiatum, illud vulgò Austregarum judicium appellatur, *Blum. in process. Cam. tit. XXVII. §. 2. Schüs in Colleg. publ. vol. 2. Exercit. III. th. 1.* de quo, cum animus sit, disputationem nostram ordinare, supervacuum existimavimus, hanc materiam multis encomiis in altum tollere, nam quod ob difficultatem, frequentiam ac utilitatem se ostendit, per se laudatum est, nec ulteriori commendatione eget, *l. 1. ff. de restit. in integrum.* Antequam tamen operamur, DEUM Ter Optimum Maximum, à quo tanquam summo sapientiæ fonte & authore omnis boni principium, medium & finis petendus. *Nov. 109.* cum Imperatore Justiniano ex *l. 1. C. de Offic. præfect. prætor. Afric.* supplices adoramus, ut nobis vires aspiret, nostros hos labores prosperet, & evenire felicissimè concedat: proinde in nomine Domini nostri JESU Christi ad ipsum actum progredimur. *l. 2. C. d. t. de Offic. præfect. prætor. Afric.*

TH. II.

Vox Austregarum origine germanica & terminatione latina est, uti id omnibus Germanicæ latinæque linguæ penitus non

non ignaris facile constat, *Blum. process. camer. tit. 27. §. 2. Schün*
de jure publico vol. 2. Exercit. III. th. 2. lit. a. & dicitur à verbo
 anfragen, daß alda der Heil. Reichs-Stände entstehende
 Zwenung oder Irzung unter Ihnen selbst benaeleget und auß-
 getragen werden. *Arumæus §. 1. Discurs. de jure publico 38.*
vol. 4. quæ notatio planè cum voce Germanica erörtern benle-
 gen / *Besold. in Thesaur. pract. h. voc. addatur. Wehn. observ. pract.*
ead. non verò cum hac significatione nativa, *efferre, exportare,*
 uti in sensu communi capiuntur, convenit, *arg. l. 7. §. 2. de supell.*
legat. & summo studio status Imperii usi sunt voce germanica,
 uti *Schubhardus* in suo tractat de Austregis ait: *c. 1. n. 12. & seqq.*
 quia Romanorum Imperator *Rudolphus I.* de Anno 1273.
 constitutione publica sancivisse legitur, ut deinceps omnia
 Edicta, mandata, privilegia, documenta & instrumenta, non
 alia quam Germanica conciperentur & conscriberentur lin-
 gua: *Spangenberg. in Chron. Saxon. c. 264. Stumpf. Chron. Helvet. l. 1.*
c. 8. Non tamen exinde, quòd id nomen germanico latinum
 sit, consequitur, eandem locutionem insimul, uti alii volunt,
 esse barbaram, cum vocabula germanica usu possint fieri la-
 tina, alias eveniret, ejusmodi voces, *Rhetorica, Physica, Me-*
taphysica, Logica, quæ origine Græcæ tantum Latinam termina-
 tionem habent annexam, esse barbaras, cum potius, fatente
 ipso *Cicerone* in quæst. Academ. usu sint factæ latinæ: imò
 hoc, si concederetur, certè Germani nostri vernaculam cum
 extraneis vocibus, quibus germanicum tantum addunt flexum,
 miscntes magna ex parte loquerentur barbarè. *Blum. in pro-*
cess. Cam. tit. XXVI l. §. 3. multo minus iis est subscribendum,
 qui rejectâ *austregarum* voce, tanquam barbarâ, alias *veluti ju-*
dicis exconventione, judices ordinationis supponere conantur,
 cum infrequens injure non sit, ut, si verba græca latinis sint
 utilitiora & notiora, græca præ latinis retineantur, *l. 4. §. fin.*
C. de recept. arbitr. in quo textu *Impp. Diocletianus & Maxi-*
milianus expressè scribunt, si autem post arbitri definitionem
 scripserit *ἐμμένειν* i. e. permanere vel *πληροφορεῖν* i. e. implere vel
διδόναι i. e. dare (græcis enim vocabulis hoc enarrare propter
 consuetudinem utilius visum est) etsi non adjecerit *ὁμολογή*

i.e. spondeo, omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere, quibus consensit: quidni igitur, hanc ex usu receptam austregarum vocem, tanquam usitatiorē & vulgatiorem retinebimus, cum suppositæ voces, *judices ordinationis* & *judices ex conventionē* non æque latè cum voce austregarum pateant. *Blum. in process. Cam. tit. XXVII. §. 4.*

TH. III.

Est autem austregarum acceptatio in jure publico perquam varia, nam I. capitur pro ipso iudice, qui austregali iudicio præest, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 2. pr.* verbo Welche sonderliche willführte rechtliche Aufträge gegen einander hätten / & ibi: welche aber solche Aufträge gegen einander nicht hätten. II. Pro privilegio austregali, *Ord. Cam. p. 2. tit. 4. §. 4. & 5.* ibi. Der Ordnung des aufträglichen Rechts zu begeben sich beschweret / III. Pro ordinatione de Austregis, *Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §. 3.* verb. Die Aufträgen in erzehten Fällen dahin gericht. IV. Pro via iudices austregales constituendi, *d. t. 8. §. 5. & 9.* & denique V. pro liti disceptatione ejusdemque finitione, & hoc modo variè sumitur, (1.) latè pro quavis liti sive judiciali sive amicabili & extrajudiciali compositione, Wann der Streit entweder mit Recht erörtert oder in der Güt bengelegt würd *Blum. in process. Cam. tit. XXVII. §. 4.* per *R. I. de Anno 1555. §. 22.* (2.) Strictè pro quavis liti, in iudicio camerale pendenti, finitione, *O. C. p. 1. tit. 3. princ.* ibi: Der Cammer-Richter soll erfahren seyn / die process zu dirigiren / und die Partheven zu Aufträge und Erörterung treulich zu befördern. (3.) Strictius pro austregarum iudicio communi, quatenus austregas legales & non legales sub se comprehendit, *Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §. 3. & 10.* (4.) Strictissimè pro austregarum speciebus contradistinctis, quæ sunt vel austregæ conventionales sonderlich willführte gerechtliche Aufträge. *O. C. p. 2. tit. 2. princ.* *Arum. in disc. de jure publ. disp. 36. §. 2.* vel austregæ ordinationis, & hæc acceptatio est hujus loci. *O. C. p. 2. t. 30.*

TH. IV.

Austregæ in strictiori significatione definiuntur, iudicia primæ instantiæ, ubi quorundam immediatorum membrorum

rum res controversæ, juxta formam à lege vel ex conventionem præscriptam, factâ examinatione, deciduntur: Schüss in Colleg. publ. §. 2. exercit. 3. v. 2. Blum. in process. Cam. §. 5. tit. XXVII.

TH. V.

Dividimus eas in legales & non legales illæ (quæ alias dicuntur austregæ ordinationis, Arumans §. 1. & 2. discurs. 36. vol. 4.) sunt judicium certis Imperii membris immediatis ad res eorum dijudicandas sub prima instantia ex ipsa lege & constitutione Imperii competens: Ord. Cam. de Anno 1495. artic. Wie Churfürsten 23. & artic. Wie Prælaten pen. Non legales sive speciales sunt judicium primæ instantiæ citra legem ex conventionem vel ex consuetudine ad disceptationem finiendam quibusdam Imperii membris competens: Schüss th. 3. lit. b. Exerc. 3. volum. 2. Arum. d. §. 2. disc. 36. vol. 4. Author. anonymus des gründlichen Unterrichts / p. 1. fol. 115. quas tamen, si legales etiam dixeris, non erraveris, modo eam adhibeas differentiam, quod hæ ex pacto vel statuto à lege publica confirmato, illæ verò ex lege publica immediatè descendant, arg. l. 130. d. V. S. Schüss d. l. lit. b.

TH. VI.

Non legales Dd. denuò dispescunt inconventionales & statutarias, Stamm-Austräge / illæ plerumque inter diversas familias ex placito consensu constituuntur, & sunt hujusmodi austregæ conventionales vulgo gewillführte Austräge inter Regnum Bohemiæ & illustrissimam domum Saxoniam Anno 1587. die 24. Octobr. Pragæ, nec non in confœderatione inter domus illustrissimas, Saxoniam & Brandenburgicam atque Hassiacam. Anno 1587. §. Und ob unser his verbis constitutæ, und ob unser eines Fürsten Mann oder Diener einer oder mehr zu dem andern Fürsten / zu sprechen gewonne / soll ihm derselbe Fürst / der angesprochen würden / vor seinen Prælaten und Edlen Râthen zu recht kommen und Ihme in 3. Monaten / recht wieder fahren lassen / ohne längers verziehen / und soll zu dem Rechten darben und wiederum bis an sein Gewahr sam des angesprochenen Fürsten Fried und Geleit haben treulich. Sic Regia Bohemiæ domus cum illustri Brandenburgica

familia convenit, ut earum lites à consiliariis utrinque delectis decidantur: & controversias inter Bohemiæ Regem & Silesiæ Duces examinat & definit curia superior Uratislavienfis. Inter eundem Regem & Incolam Ducatus Glogoviensis judicant pares curiæ dicti ducatus Glogoviensis: Marchionum Brandeburgensium lites cum Ducibus Pomeraniæ decidunt Consilarii ab utraque parte delecti: Sic quoque judicat Senatus Stralesfundensis causas controversas inter Pomeraniæ Duces & Cives Stralesfundenses: *Schr. ad. defend. p. 10. sect. 1. n. 52. & seqq.* porrò austregæ speciales ordinum consensu in Pomerania sunt constitutæ, ne ante cognitionem provincialium, dux alio in jus vocetur; *Cothm. respons. 33. n. 62. vol. 1.* nec hic adeo abluunt concordata Electorum, & quando Principes fœderatæ ineunt judices de controversiis ex fœderatis constituunt. : *Bodin. 5. de Republ. c. ult.* Nonnullis civitatibus imperialibus etiam competunt Austregæ conventionales, uti Ratisbonæ, quæ judices austregales habet deputatos Senatus Augustæ Vindelicorum, Norimbergæ & Ulmæ, *Limn. libr. 7. c. 39. Wehn. in tract. de appellationib. in Cam. Schüs. th. 3. exercit. 3. vol. 2.* quamvis præterea in arbitrio actoris sit quinque septemve è Senatu Ratisbonensi in judices primæ instantiæ eligere: *Blum. in process. Cam. tit. 28. §. 53. n. 4.* & in causis Reutlingæ ex conventionione judicant Ulma, Eslinga & Gemunda Suevorum. Deinde civitates quædam Imperiales ex speciali privilegio concessas habent austregas, sic (1.) Schwinfurtum primos judices habet loci præfectum imperialem, den Reichs-Boat / & aliquot Scabios Norimbergenses, & Rotenburgenses, quod privilegium huic civitati Ann. 1500. ab Imperatore Rudolpho II. est concessum, *Wehn. d. l. c. 7. p. 170. Scharfshmid. citat. loc. [2.]* Norimberga judices primos agnoscit Winshemiam & Weissenburgum in Norico; (3.) Eslinga judices austregales habet consules & Senatum Civitatum Ulmæ, Reutlingæ & Heilbrunnæ, ex quibus actori unam licet eligere; (4.) Dunckelspula, quæ judicem habet præfectum suæ civitatis Ihrer Stadt-Amptmann / cum quatuor juratis Senatoribus civitatum Nortlingæ, Rotenburgi ad Tubarim, Hallæ & Werda

Werdæ Suevorum, *Blum. de rit. 26. §. 53. Schubhard. d. tract. 2. c. 5. 5.*) Wornatiæ Anno 1514. ab Imperatore Maximiliano concessum est privilegium, ut prima instantia causarum civitatis instituatür coram Consulibus & Senatu, qui novem idoneos ex senatu ad causæ dijudicationem tanquam commissarios eligere debent, *Wehner. Hellenberg. in tract. de modo appell. in Cam. Imper. c. 7. pag. 182.* (6) Memminga Anno 1471. ab Imperat Friderico accepit iudices austregales consulem & Senatum Augustanum, Ulmensem, Ravenspurgensem vel Campidensem quem ex his ipsa elegerit, *Wehn. d. tract. c. 7. p. 148.* Schüss *Exerc. 8. th. 24. lit. B. v. 1. Arum. discurs. jur. public. 36. v. 4. sh. 4.* Schubhard. *d. tract. c. 8.* ubi autem conventionales austregæ cum legalibus concurrunt, sciendum est, quod conventionales purè legalibus præferantur. *Arum. §. 2. disc. jur. publ. 36. vol. 4. Osterman. disput. 6. jurisdict. Cam. th. 34. Mindan. lib. 1. c. 19. n. 2.* quæ sententia, tum in ordinatione Camerali, *p. 2. tit. 2. princ.* tum per expressam constitutionem Imperatoriam in causa, *Georg Hans Pfalzgraffen / contra Churfaltz / Anno 1578. die 28. Jun.* his verbis, *daß die gemeine Reichs-Austräge / sonderbahre Verträge / so die Stände unter einander haben / nicht aufheben / tum etiam de jure civili Justiniano, confirmatur, quia hominis provisio legis provisionem tollit, l. fin. C. de pact. convent.* quod in tantum verum est, ut austregæ conventionales sine exceptione nullitatis & incompetentiæ præteriri non possint, *arg. d. t. 2. princ. Denais de jure Cam. præterea, cum hæ ex solo conventionis placito dependeant, & terminos conventionis nemini egredi liceat, facile constat, processum ex iis promanantem, de aliis quam conventis rebus, institui non posse, eundemque stricti imo strictissimi juris esse, c. 28. de R. 7. in 6. l. 99. de V. O. l. 32. §. 15. 17. & fin. de accept. arbit.*

TH. VII.

Austregæ statutariæ vulgo *Stamm-Austräge* sunt, quæ ex statuto familiæ seu inter eandem familiam, vigent. *Schubhard. in h. tract. c. 8. n. 10. Schüss in Colleg. publ. vol. 2 exercit. 3. shes. 3. lit. d.* exempla earum habemus in domibus illustrissimis Palatina, *Schubh. d. l. & Saxonica, nam lites inter Electorem*
 &

& Saxonix Ducis ortas, non definiunt austregæ communes, juxta *princ. tit. 2. p. 2. O. C.* Sed, ad controversiam amicè componendam, deligunt certos graves ac doctos Consiliarios: postea, si hi rem componere nequeant, decernunt quatuor Consiliarios nobiles & duos Jctos, qui priori jurejurando soluti, & novo juramento causam controversam concernente, coram agentibus partes Principum astricti causam audiunt & amicè perficiunt, etsi nec sic profecerint, res deinceps, coram ipsis viva voce proponitur, & mutuis dictandi vicibus ternis repetitis (seclusis ultimò novis) sententia secundum jus Saxonicum, quantum fieri potest, in omnibus capitibus controversis fertur, de qua, si non conveniant, cameræ informatio petenda, & postea à deputatis sententia intra annum pronuntianda, *Arum. discurs. jur. publ. 36. th. 5.* Vermöge des Hauff Sachsen / sonderliche gewillführten rechtlichen Auftrages zu Naumburg den 24. Febr. 1554. Zwischen weyland Churfürsten Augusti, Herzog Johann Friderich des Eltern gebornen Churfürsten / Herzog Johann Friderichs des Wittlern / Herzog Johann Wilhelms und Herzog Johann Friderichs des Jüngern / zu Sachsen Chur- und S. S. S. S. D. D. D. D. auffgerichtet / und von dem Käyser Carln dem V. bestätiget und also lautet; Ob auch künfftig zwischen Uns oder Unsern Nachkommen / Irrungen und Gebrechen vorkommen zc. Haben Wir Uns folgendes Auftrag mit einander freundlich und vetterlich verglichen.

TH. VIII.

Et hæ speciales die 24. Febr. Anno 1554. Naumburgi pactæ, & à Carolo V. Rom. Imperatore confirmatæ austregæ, sunt dispositæ ad arbitrium Grimmense, in quo, ut Serenissimorum Saxonum causæ coram 12. consiliariis decidantur, constitutum est, quod die lunæ post festum assumptionis Mariæ virginis gloriosæ Anno 1540. Inter Dn. Johann Fridericum Electorem, Dn. Joh. Ernestum Ducem Saxonix actores, & Dn. Henricum Ducem Saxonix Reum, postea observatum est, *Arum. d. l. 9. 8. & 9.* hoc tamen causæ modernæ coram 12. Consiliariis conjunctim: an ab utraque parte separatim deliberandæ

randæ sint? aliquoties disceptatum fuit, & quidem tota inclu-
ta domus Saxonica, ut omnibus deputatis 12. amica compositio
non autem ita simul deliberatio sit commissa, admittit, daß
vermôge des Austrages sechs gegen sechs Râthen niedergesetzt/
Ihrer Pflicht erlassen und aufs neue vereidet werden/und daß
sie 12. sollen allen Fleiß fürwenden/die Sach in der Güte zu-
vertragen/und zuveraleichen &c. qua de quaestione, videat, cui
volupe est, *Arum. d.l. §. 16. & 20.*

TH. IX.

Ejusmodi Stamaustregas die 28. Maji Ann. 1567. ad pater-
nam dispositionem testamentariam Serenissimi ac Potentissimi
Principis Domini Philippi Senioris Hassiæ Landgravii b. m. et-
iam constituerunt Fratres Serenissimi, Dn. Wilhelmus, Dn.
Ludovicus, Dn. Philippus Junior & Dn. Georgius, H. H. H. H.
L. L. L. L. b. b. b. b. m. m. m. m., in quibus ordinatur, ut Sere-
nissimi Hassiæ Landgravii, quibus actio putatur esse, quam
amicè componere neque per se, neque per consiliarios possunt,
certos constituent commissarios: & quidem Dn. Actor (1)
quatuor Nobiles, qui simul & Consilarii & Landsassi sunt,
quatuorque Senatores civitatum provincialium, citra disci-
men prout ei placuerit, an in propria an in Dominorum Agna-
torum vivant jurisdictione, unum gravem ac sapientem virum,
qui judicii aulici assessor & juxta paternum testamentum pro-
motus Doctor est, deligit, (2) ipsa conventa simili modo 4.
Nobiles Consiliarios Landsassos, quatuorque ex sua jurisdic-
tione Senatores provinciales, & doctum Judicii aulici Asses-
sorem, qui creatus Doctor est, deputat: præterea utraque liti-
gantium pars, (3) intra sex septimanas, (4) à die ab actore fa-
ctæ requisitionis, computandas (5) ex Marburgensium univer-
sitate certum juris Professore unanimiter denominant & eli-
gunt, quæ novendecim electæ ac deputatæ Personæ, (6) in
civitate Rei Principis conventi, non procul à Principis Actoris
ditione remota, vel alia, in quam ob majorem commoditatem
consentiunt, civitate, certo constituto & à partibus ante signi-
ficato die, congregari, (8) controversiam primum placidè &
comiter audire, amicas compositiones suscipere, & omnem

B

operam

operam navare, debent, ut citra prolixitatem, partes amicè ac humaniter componant: Si quo casu, omni admotâ operâ, amicabilis compositio locum non inveniet, (9) partes disceptantes cum querelis, responsionibus, probationibus deductionibus & omni necessitudine usque ad causæ submissionem judicialiter audiant, & tandem (10) omni meliori modo per sententiam definitivam cum paterno testamento congruentem, causam decidant, (11) quò factò, remota omni appellatione is, adversus quem est pronunciatum, contra sententiam litigiosè ne unquam quicquam moliatur. *Vid. Acta Hassiaca in deductionem nullitatum. artic. 3.*

TH. X.

Et quamvis Prædicti Serenissimi fratres Hassiæ Landgraviï b.b.m.m. die 8. Maji ann. 1568. ejusmodi stamaustregas in transactione hereditaria meliùs declaraverint, illustraverint & jurejurando confirmaverint, & insimul omnibus suis successoribus ac heredibus Hassiæ Landgraviis, ut easdem pari modo jurato confirment & perpetuò in familia celsissima fervent, imposuerint, eæ tamen ab Imperatore, quantum mihi constat, nondum sunt confirmatæ, adeoque in aliis causis, quàm quæ solos Hassiæ Landgravios, citra præjudiciùm Imperatoris, concernunt, vix, imò non obtinent, quod docent Acta Hassiaca tum in deductione nullitatum, artic. additionali 2. & 5. tum Imperatoris die 23. Octobr. Ann. 1613 Ratisbonæ in causa, Marburgensem successionem concernente, lata sententia, in qua, rejectis exceptionibus fori declinatoriis, & petitione remissionis ad austregas Dn. Mauritio Hassiæ Landgravio sub præclusionem defensionalium injungitur, ut ad Serenissimi Principis Domini Ludovici Hassiæ Landgraviï libellum articulatum die 10. Decembr. 1606. Imperatoriæ Majestati submissè exhibitum, respondeat; *vid. act. Hassiaca p. 210.* Cæterum constitutarum harum stamaustregarum tenor extat inter documenta ad deductionem causæ principalis der Marburgischen succession in extractu aus dem Erbvertrag der Fürsten zu Hessen den 28. Maji Ann. 1567. auffgerichtet: pag. 41. Da sich aber unter uns den Gebrüdern oder unsern Erben und Nachkommen Fürsten

In Hessen über kurz oder lang / umb was Sachen willen das
 wåhre/ Irrungen zu trügen / und dahero einer zu dem andern
 Zuspruch oder Anforderungen zu haben vermeinte / und wir uns
 untereinander selbst / oder durch unsere Råthe gütlich nicht ver-
 gleichen könten / auff denselbigen Fall / sollen und wollen wir un-
 sere Erben und Nachkömen / dieselbige Irrungen / durch den im
 Väterlichen Testament gesetzten Austrag unverzüglich und
 ohne alle gefährliche Verlängerung erörtern lassen: Als nem-
 lich soll der klagende Theil / vier vom Adel auß seinen Råthen
 und Ritterschafft die Landsassen seyen / vier Rathspersonen aus
 seinen selbst oder andere seiner Brüder Städten / wie das einem
 jeden gefällig ist / und einen gelährten vom Hoffgericht; des-
 gleichen der beklagte Theil ebenmäßiger Weis / vier vom Adel/
 auß seinen Råthen und Ritterschafft die Landsassen seyen / vier
 Rathspersonen aus seinen Städten / einen Gelehrten vom Hof-
 gericht / und darüber beyde Kläger und Beklagter sämptlichen
 ein Juristen aus der Universität zu Marburg / innerhalb sechs
 Wochen / nach beschehener des Klagenden Theils Ersuchung
 benennen und erwählen / dieselben benante und erwählte neun-
 zehen Personen / sollen in des beklagten Fürsten Städte ein / die
 dem klagenden Fürsten am nechsten gelegen ist / oder deren Sie
 sich nach ihrer bessere Bequemlichkeit miteinander vergleichen
 würden / auff einen gewissen Tag / dessen sich vorhero beyde
 Theil miteinander freundlich zuvergleichen / zusammen kom-
 men / die Sachen erst in der Güte nothdürfftig verhören / dar-
 auff gütliche Handlung vornehmen / und allen möglichen Fleiß
 anwenden / die irrige Parteyen miteinander ohne Weitläuff-
 tigkeit freundlich und gütlich zu vergleichen: Im Fall aber die
 Güte über angewendeten Fleiß nicht statt haben wolte / als-
 dann die Parteyen beyderseits in ihrem habenden Gebrechen /
 mit Klagen / Antworren / Beweisungen / in und nach reden und
 aller Nothdurfft bis zum Beschluß der Sachen / rechtlichen hö-
 ren / und endlich nach ihrem besten Verstand / die Sachen mit
 einem Rechts-Spruch / der dem väterlichen Testament in alle
 Wege gemäß und nicht zuwider seye / entscheiden / dabey es
 auch ohne weitere Apellation gelassen / und von dem jentzen /

wider den gesprochen und erkant würde / dargegen nichts weiter im Unguten gesucht noch vorgenommen werden soll. Und damit solche von beyderseits Ritter und Landschafft / auch auß dem Hoffgericht und der Universität benante Personen / ihrer Eid und Pflicht halben / damit ein jeder seinem Herrn verward / unverbindert / was billig und recht / auch dem Väterlichen Testament gemäß ist / urtheilen und erkennen mögen / so sollen sie von unser jeden derselben Pflicht so viel hierzu von nöthen / aber sonst weiter nicht erlassen / und zu diesem Auftrag mit einem neuen ziemlichen Eyd beladen werden / daß sie nach ihrem besten Verstand / was recht und billig / auch dem Väterlichen Testament gemäß / und nicht zuwider wehre / urtheilen und erkennen wolten : & hanc laudatam constitutionem Illustrissimæ domus Hassiacæ in prædicta Marburgensi successione in observantiam introduxerunt, ita ut deputati fuerint à Domo

- | | |
|--|---|
| Sereniss. Hasso Cassellana | Sereniss. Hasso Darmstadina. |
| 1. Johann. Clauer, Ober-Borsteher der hohen Hospitalien. | 1. Johann. Ried Esel / Erb Marschall zu Hessen. |
| 2. Eckbrecht von der Malsburg. | 2. Johann. von Dalwig / Hoffrichter. |
| 3. Otto Wilhelm von Berliysch / Ober-Ampmann zu Rheinfels. | 3. Sittich von Berliysch / Stadthalter. |
| 4. Asmus von Butlar. | 4. Hans Philips von Buseck / Ober-Amtmann zu Darmstadt. |
| 5. Johann Bischoff / Hoffgerichts-Rath. | 5. Herman Vultejus, Hoffgerichts-Rath und Professor. |
| 6. D. Georg Hass / Burgermeister zu Cassel. | 6. Reinhard Hamerus, Rathsverwander zu Marburg. |
| 7. Johann Rübenkönig / Burgermeister zu Homburg. | 7. Herman Geißheim zu Darmstadt Stadtschreiber. |
| 8. Joseph Kardelmann / Burgermeister zu Weismar. | 8. Georg Reichard / Rathsverwander zu Alsfeld. |
| 9. Wolff Badenhausen B. zu Grebenstein. | 9. Christian Lauck / B. zum Franckenberg. |

Diesen

Diesem ist D. Johannes Goeddæus, Professor Juris, auß der Vni-
versität Marburg beygesetzt worden.

Vid. *Protocollum ad deductionem nullitatum pertinens. Actor.
Hassiac. der Marburgischen Succession.*

TH. XI.

Porro dividunt austregas conventionales in *certas* & *in-
certas*. *Certe* sunt illæ quas jam ante explicavimus, & sunt vel
perpetuæ vel temporales, illæ etiam hereditariæ dicuntur, &
perpetuò competunt, nec aliter nisi cum ipsa familia extin-
guuntur. Hæ verò ad certum tempus constituuntur, quo ela-
pso expirant. *Schütz. in Colleg. publ. thes. 3. lit. f. & g. Exerci-
tat. 3. vol. 2.* Austregæ incertæ, quæ etiam arbitrariæ & com-
promissariæ vocantur, sunt ubi immediati Proceres in quos-
dam propter litigium compromittunt, & se, illorum arbitrio
staturos, pollicentur, quæ attestantibus historiis in imperio sunt
frequentes, *Thuan. lib. 2. p. 130.* & sic Comites Mansfeldenses de
finibus & hereditate disceptantes aliquando arbitrum accepe-
runt, *Arum. disc. jur. publ. 36. §. 4. vol. 4. Schütz. vol. 2. exercit.
3. thes. 3. lit. C.* & de Cattorum ditione electi sunt arbitri hono-
rarii Palatinus Wirteberg. ac Cliviens. *Thuan. 16. p. 345. Aru-
maus d. 1.* At incerta hæc compromissa huc referre supervacuum
duxi, tum (1) quod ea omnibus etiam privatis competant, *titul.
toto. ff. & C. de recept. arbit.* tum (2) quod Imperii ordines præ
privatis hic nihil specialitatis habeant, & cum pia Imperato-
riæ Majestatis liberalitas postulanda, hinc prævenisse videatur,
superfluum est benignas Principis aures molestare & hoc po-
stulare quod jam lege permissum est. *l. un. C. de thesaur.* tum (3)
quod in propriè dictis austregis etiam contra nolentes & invi-
tos procedamus, ast arbitri compromissarii non nisi liberrimo
partium consensu constituuntur, *tot. tit. ff. & C. de recept. arbit. Dn.
Struv. Syntagm. jur. civ. thes. 96. exercit. VIII.* nec ulla unquam
ab arbitratorum sententia datur appellatio, *l. 1. C. de recept. arbit.
l. 2. §. 1. & 17. l. 32. §. 14. ff. eod.* ast in austregarum judicio appella-
tionis via minimè est præclusa. *O. C. pr. tit. 2. §. 2.*

De Causa Efficiente.

TH. I.

Austregarum legalium siue ordinationis causam efficien-
tem triplicem *remotam, intermediam & propinquam* esse
statuimus: *Remota* est Imperator Maximilianus primus, qui pri-
mum Electoribus, Principibus, ac Statibus Imperii certis, ex
clementissima Imperatoria Majestate, uti ex verbis privilegii
Norici ab Imp. Carolo V. die 6. Jul. Ann. 1540. Brugis in Flan-
dria indulti, expressè constat: Darauff dann durch Weyland
den Allerdurchleuchtigsten Fürsten/ Kenser Maximilian unsern
lieben Herrn und Anherrn/ hochlöblicher Gedächtniß im vier-
zehen hundert und fünf und neunzigsten Jahr/ und durch uns
auch unser/ und des Reichs Chur Fürsten/ Fürsten und andere
Stände des Heiligen Reichs im 1521. Jahr zu Worms ver-
ordnet/ Bersehung gethan/ und verabschiedet/ welcher massen/
und vor wem/ Chur Fürsten/ Fürsten/ Grafen/ Freyen und an-
dere/ uns und dem H. Reich ohne Mittel unterworffen: in erster
instanz beklagt werden/ damit Sie zum weitesten wo instanz/
und Ihnen die Gutthat und Hülf der Appellation, als wohl
den jenigen/ so dem Reich nicht ohn Mittel unterworffen vor-
behalten und unbenommen bleiben/ 2c. *Wehner. Heltenberg. de
mod. appelland. in Camer. Imperiali c. 1. p. 162. nec in Recessibus
Imperii, nec in actis ejusdem, nec à Doctoribus & Historicis,
qui Maximiliani tempora antecessere unico apice punctulove
fit mentio præfatarum austregarum, l. 15. §. 26. in fin. de injur. imò,
si aliqua austregarum consuetudo Maximiliani tempora ante-
ivisset, eam Carol. V. silentio haud præterivisset, nec Maximi-
liano originem, tanquam veritatis patronus ascripsisset, &
cùm hoc aliis maximè dubium maneat, sciendum, Imperato-
rem optimum esse legum Interpretem, quis enim tantæ super-
biæ fastidio tumidus est, ut regalem sensum contemnat, uti Ju-
stinianus ait in l. 12. pr. C. de LL. Et ipsi Electores in quadam
supplicatione Ann. 1502. Maximiliano I. exhibita hoc expressè
confitentur, Schubhard. d. tr. c. 2. n. 27. Dissentit Rumelin. ad
Auream*

Aureans Bullam pag. 2. disp. 1. Corall. 1. Arum. disc. jur. publ. 36. §. 49. quorum sententia verisimilis videtur uti inquit. Osterm. de jurisdic. Camer. disput. 6. §. 4. qui tamen circa finem ab ea ipsa recedit.

TH. II.

Causa austregarum, mediata est lex & sanctio publica, quæ in ordin. Camer. de Ann. 1495. artic. Wie Chur Fürsten Fürsten und Fürstliche Freyheit 24. & artic. Wie Prälaten / Graffen / Freyherrn und andere 2c. per. hoc Austregarum jus Imperii Proceribus primitus fuit concessum, & postea in sequentibus ordinationibus Cameralibus præsertim in ultima de anno 1555. à Romanorum Rege Ferdinando & Statibus Imperii denuò confirmatum, *Ordinat. Cam. p. 2. §. 1.* neque tamen ex hisce textibus uti Cubach. autumat in materia de austregis, quæ apud sape dictum Arum. in *discurs. 36. Volum. 4.* extat, fluit, quod status ac ordines Imperii etiam ante Maximilianum I. id privilegii habuerint, siquidem verba *welche sonderliche Bewillührte / &c.* non hoc, sed illud tantum evincunt, ut Principes jam ante habuerint austregas arbitrarias conventionales, quod non diffiteor: multo minus argumentum, quod Pauermeister *de jurisdic. lib. 2. c. 2. §. 4. num. 141. sub fin. ex §.* Und wiewohl 4. tit. 4. part. 2. O. C. objicit, aliquid roboris in se habet, nam ibi *Austräge und Chur- und Fürstliche Freyheit /* aut pro uno eodemque sumuntur aut non, si illud, tum *Chur- und Fürstliche Freyheit /* sunt illæ, quas Maximilianus ordinibus concessit, austregæ: si hoc, argumentum jam ante suum amisit officium, quamvis ipse textus manifestè videatur inculcare, Electores & Principes libertatem suam, cujus ibi mentio fit ex ordinatione antea Anno 1495. facta, & ita à Maximiliano, consecutos esse, sic enim verba habent, *Wiewohl Chur Fürsten und Fürsten aus solcher vorausgerichter Ordnung austräglichen Rechtens und Ihre Chur Fürstlichen und Fürstlichen Freyheit zu begeben sich beschweret /* adeoque verba vorausgerichteter Ordnung non tantum verba Austräglichen Rechtens sed & Chur Fürstlicher & Fürstlicher Freyheit respiciunt. Cum ea sit venustas, vis & utilitas copulæ, ut qualitatem præcedentis tribuat sequenti &

uni-

uniformiter jungat, *Menoch. Consil. 299. num. 22. & seqq. vol. 3.^o*
Pauermeister d.c. 4. n. 140. Everh. præf. cons. 31. n. 13. ex quo per-
 spicue lucet, Maximilianum sicuti austregarum ita & libertatis
 Electoralis & Principalis (modo ea secundum Rumelinum &
 Pauermeister diversa sint) autorem esse.

TH. III.

Causa iudicii austregalis efficiens propinqua, sunt perso-
 næ habiles hoc iudicium constituentes sc. *iudex actor & reus*,
 tot enim personæ in omni iudicii constitutione requiruntur,
 quarum vel una deficiente, vel etiam illegitima aut inhabili exi-
 stente, totum corrumpitur iudicium, & omni effectu destitutum nul-
 lum redditur, *C. foris 10. X. de N. S. clementina pastoralis. 2. de*
sentent. & Re iudicat.

TH. IV.

Quare autem Imperator hoc austregarum iudicium Im-
 perii ordinibus concesserit, id exinde fuisse videtur, quia insi-
 gne est beneficium appellationis quoque gaudere instantia,
 alias enim Imperii Proceres, præ subditis suis qui mediante ap-
 pellationis beneficio, non deducta deducere, non probata pro-
 bare vel alia per injuriam ab inferiori iudice rejecta reparare &
 emendare valent, essent deterioris conditionis. *Klock. p. 2. c. 6.*
n. 204. Matth. Steph. de iurisdic. lib. 2. p. II. c. 3. membr. 3. n. 3.
Arum. in disc. jur. publ. 36 §. 54. n. 2. Vultej. ad l. 1. C. ubi Senato-
res num. 30. hancque esse veram, quæ Maximilianum impulerit,
 causam adæquatam, fatetur ipse Carolus V. in supra allegato
 privilegio Imperiali Norinbergensium civitati indulto, dicit
 Sie zum wenigsten zu instans und Ihnen die Gutthat und
 Hülffe der appellation, also wohl/ als den jenigen so dem Reich
 nicht ohne Mittel unterworffen/ vorbehalten und unbenommen
 bleiben / videatur, *Wehn. d. l. c. 7. pag. 162.* aliàs status Imperii ad
 Imperatorii tribunalis ἀνεξαρτησίας, uti Frid. Mindan. *de pro-*
cess. in Camer. extrah. lib. 1. c. 16. num. 1. ait, vocati, statim sine
 ulla populari & amicabile compositione abriperentur: quin
 etiam hoc ideo factum fuisse non malè creditur, ut faciliore
 negotio & sumptu non tam magno in itinere impendendo lites
 statuum finirentur, & Imperator negotiis publicis statum Ro-
 mano

Romano Germanicum concernentibus & similibus majoribus negotiis aliorum Regum & Rerum publicarum oculo perspicienti melius invigilare possit, & necesse non habeat, se & totam aulam Imperatoriam causarum civilium contentiosis decisionibus defatigare. *vid. Rosenthal. de feud. c. XII. c. 1. n. 34.*

TH. V.

Quibus ex rationibus impulsivis facile constat, quod non tantum Camera Imperialis, sed etiam Aula Cæsarea in processibus decernendis austregarum præscriptum tenorem debeat observare, nec possit lites in prima instantia statim ad se trahere, *Müller. de Statib. Imperii p. 1. c. 29. §. 42.* quia universaliter dicitur, quod status immediati sint conveniendi coram austregis, *tit. 1. 2. 3. 4. p. 2. O. C. cui nullibi in Recessibus quoad Aulam est derogatum: Arum. discurs. jur. publ. 36. §. 55.* porro Imperii proceribus iudices der *Austrâ* in titulis ordinationum camera-
 lium sunt indulti & concessi per viam pacti, ut Imperator Romanorum Carolus V. in sæpe dicto privilegio Norinbergensi de semetipso expressè his verbis confitetur, und durch uns / auch
 Unsere und des Reichs Churfürsten / Fürsten und andere
 Stände des H. Reichs im 1521. Jahr zu Worms verordnet /
 Vorsehung gethan / und verabschiedet / welcher massen und vor
 wem / Churfürsten / Fürsten / Grafen / Freyen und andere uns
 und dem H. Reich ohne Mittel unterworffen / in erster Instanz
 beklaget werden. *Wehn. d. l. c. 7. Rosenth. de feud. cap. XII. conclus. 1. n. 35.* adeoque jus hoc Statibus Imperii semel concessum & acquisitum in Aula Cæsarea adimi non potest, cum etiam certi juris sit, quod Principum privilegia largissimè veniant interpretanda, & aliàs Imperator id, quod unâ concederet manu, alterâ adimeret, quod unâ permetteret viâ, alterâ prohiberet, quod, quia ne de privato dicendum, multo minus de Imperatore, in quem nulla sinistra cadit suspicio, affirmandum: *cap. 17. de: senten. excommunicat. in 6. Arum. in disc. juris publ. 36. §. 57. Gail. 1. O. 133.* imprimis hâc ratione, austregale iudicium fraude eludendi, cuivis daretur occasio, cui accedit, quòd gloriosissimus Imperator Rudolphus II. aulici sui dica-

C

sterii

sterii præfidi die 1. Jul. Ann. 1596 per decretum insinuari cu-
 raverit, die Kaysersliche Majestät können neben andern / nicht
 sehen / worin und zu was Ende es gut und fürträglich seye /
 daß ohne sondere Noth und Ursachen die in Reichs Abschie-
 den und Ordnungen begriffene Instantia überschritten / und
 dem Cammer-Gericht labefactiret werden / hingegen ihrer
 Majestät und Kayserslicher Reateruna schwere Behelligunaen
 auffwachsen möchten / quo facit, quod Electores Maximilia-
 num I. de, in aula sua contra Archiepiscopum Coloni-
 ensem, processus instituti cassatione & ad austregas remissione,
 precati fuerint. *Schubhard. in tr. de austreg. C. 2. n. 75. Blum. in
 Process. Camer. tit. 27. §. 9.*

TH. VI.

Neque collectio, quam Pauermeister *de jurisdict. l. 2. c. 9.
 n. 139.* instituit, quòd ab austregis non Consistorium Cæsa-
 reum, sed tantum Imperialis Camera Spirensis appelletur, &
 judicium austregale recusantes in Camera tantum non
 in aula conveniantur, aliquid ponderis habet, quia, cum per
*Ord. Cam. de Anno 1495. tit. Wie Churfürsten / Fürsten / §. doch
 soll keiner Pärthen §. tit. Wie Prælaten / Graffen / & per Ord.
 Cam. de Anno 1555. p. 2. tit. 2. §. Darauff soll 2. vers. doch soll / 2c.
 §. und sollen 3. vers. da aber die antworten / nihil probetur,
 consequentia per se labitur E. Principes & alii immediati invi-
 ti in prima instantia in aula Cæsarea conveniuntur, nam quam-
 vis alias renunciatio, quam Imperator quoad Cameram
 censetur fecisse, sit stricti juris extensionisque nescia, ne-
 gamus tamen, quòd Imperator per judicii austregalis subor-
 dinati constitutionem aliquid privativè renunciaverit, adeo-
 que contra *l. f. de Constit. Princip.* extensio non est per time-
 scenda, *l. 6. §. 1. ibique Dd. d. V. S. confer. Schubhard. d. tr. c. 2. n. 77.
 ad 83.* ubi cæteris objectionibus satisfacit.*

TH. VII.

Non verò id, quod per benignam austregarum con-
 cessionem judicium aulicum & Camerale, donec eò per
 appellationem causa devolvatur, suspensum esse dixerimus,
 pertinet ad judicium Rotwilense, siquidem hoc cum Came-
 ra Im-

ra Imperiali & aula Cæsarea non habet concurrentem sed inferioriorem jurisdictionem, cum ab eo ad aulam Imperatoriam & Camera Imperialem concessa sit provocatio, *Reformat. Ord. Rotvil. p. 3. tit. 17. Gail. 1. O. 40. n. 2. & seq. & 1. O. 30. n. 10. Gilm. tom. 3. Symphor. fol. 35. Recess. Imperii Spir. de Anno 1570. §. Vnd nachdem uns* 17. quare existimo, quod jurisdictio Rotwilensis citra privilegii austregalis observationem, in sibi subiectos, nisi speciali exemptione gaudeant, exerceri possit, cum in eo cesset austregarum ratio impulsiva, *Schubhard d. tr. c. 2. n. 91.* sunt autem ab hoc judicio exempti Electores Principes & Principales, *Ord. Cam. p. 2. tit. 8.*

TH. VIII.

Præterea non est oblivioni involvendum, quod, quando supra posuimus, Maximilianum I. cum consensu Statuum per viam pacti & contractus austregarum judicium constituisse, non hoc velimus, ac si Imperator & Status Imperii Austregalibus judicibus jurisdictionem insimul & conjunctim concesserint, uti Pauermeister, qui se tamen postea correxit, primum *in tract. de jurisd. c. 6. tit. 1. in edit. priori* voluit, nam nemo jurisdictionem, quam non habet, in alium potest transferre, *l. 1. §. qui mandat à 1. de Offic. ejus cui mandat. est jurisd. l. mores. de jurisd. dict.* Status autem in sui æquales nullam habuerunt jurisdictionem, quomodo igitur eam conferre potuerunt: austregale igitur judicium, quoad subjectum, formam & modum expediendi, Cæsaris & communi Statuum autoritate institutum, à solo Imperatore Maximiliano I. jurisdictionem accepit: *arg. rit. Wie das Cammer-Gericht mit Richtern. Ord. Cam. de Anno 1495.* Ubi Maximilianus se consilio & voluntate Statuum judicem & Camera Assessores electurum, profitetur: & Ferdinandus se cum Statibus de Reformatione Camera, convenisse, affirmat *in pref. Ord. Cam. de Anno 1555.* nam institutio & ordinatio austregarum lex nova fuit, quam suâ solius autoritate Cæsares, nec figere nec refigere possunt; & oportuit quidem judices austregales communi Procerum consensu jurisdictionem potestatem accipere, sed nequaquam necesse fuit, ut & illi jurisdictionem tribuerent, imò ex capitulatione liquida est

C 2

Impe-

Imperatoris rerum omnium jurisdictio, quia ibi Imperator se summis & infimis pariter justitiam esse administraturum, recipit, *artic. 1. 29. & 30. capit. Ferdinandi 3. & artic. 27. capitul. Ferdinandi IV. & artic. 27. moderni gloriosissimi Imperatoris Leopold. I. Schubhard. d. tr. c. 2. n. 47. & seqq. Arum. disc. 29. vol. 4. Schleid. de pact. inter Carolum V. & Electores initis libr. 1.*

TH. IX.

Arduè quoque inter Dd. disceptatur, austregarum iudices ordinariam habeant jurisdictionem? an verò delegatam? & hac in difficili quæstione Schützius *de jure publ. vol. 2. exercit. 3. th. 12. lit. C. cum Pomponio ex l. 36. ff. de Re iud. l. 13. §. fin. de recept. arbit.* profitetur, quòd non erubescat dicere, sibi responsum adhuc non constare, quamvis postea, hisce iudicibus delegatam jurisdictionem competere, cum communi Dd. Schola intrepidè affirmet. *Gail. 1. O. 1 n. 52. & O. 33. Mynsing. 2. O. § 2. Vultej. ad. l. 1. C. de jurisdict. n. 85. Pauermeister de jurisdict. lib. 2. c. 4. n. 136. Mindan. in process. Cam. c. 16. m. 3. n. 20. & c. 19. m. 4. n. 5. lib. 1. M. Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. 1 c. 3. n. 43. Roding. in ff. Cam. lib. 1. tit. 4. c. 2. Arum. discurs. juris. public. 36. §. 29.* Ab hac tamen opinione nonnulli recedentes diversam tanquam in jure veriorem sententiam, quam nos quoque amplectimur, assumunt. *Bocer. de jurisd. c. 7. n. 26. Umm. disput. 4. n. 43. Sehr ad. de feud. p. 10. sect. 6. Blum. in process. Cameral. tit. 27. §. 12. Schubhard. c. 6. n. 136. (1.) quia omnis jurisdictio à lege delata est ordinaria, l. 6. ibique gloss. & Doct. de jurisdict. Bender. de revis. conclus. 4. Rosenthal. de feudis c. 12. conclus. 11. lit. c. Gail. 1. O. 4 in pr. junct. n. 6. seq. hæc autem austregarum jurisdictio à lege Imperii publica est delata, O. C. p. 2. tit. 2. 3. & seqq. (2.) quia manifestum, quòd nemo sibi mandatam jurisdictionem alteri submandare possit, l. 5. pr. de Offic. ejus cui mandat. est jurisdict. Principes autem austregarum iudices constituti solent hanc causam suis consiliariis subdelegare (3.) quia à iudice subdelegato immediatè ad Cameram Imperialem vel ad iudicium aulicum, & non ad delegantes Principes appellamus, quod in subdelegatis, *jurisdictionis mandata* & principibus delegantibus *jurisdictionis ordinaria*, expressum est signum & indicium, l. 1. pr. l. 3. quis & à appelland. junct. l. 1. §. fin. eod. quamvis de jure civili jurisdictionem*

nem

nem mandatam & delegatam adhuc inter se differre non ignoremus, *Dn. Struv. Exercit. 4. th. 44.* utraq; tamen jurisdictioni ordinariae, quam delegati & mandatarii prorsus non habent, contradisti agitur, *arg. l. 5. pr. de re jud. Dn. Struv. d. l.* quo etiam (4.) facit, ut, si Principes austregarum iudices essent mandatarii sive delegati, deferens sit aliquis Magistratus constitutus, *l. 6. de jurisd.* quod sanè, cum non Magistratus, sed ipsa lex Statibus Imperii jurisdictionem austregalem concedat, indubitatè hæret, deniq; (5.) si austregarum iudices essent delegati, tunc forent vel delegati Principis vel nudi, cum tertia species non detur, aut neutrum de iis dici potest, non illud, aliàs à subdelegatis ad delegantes & non ad Cameram, quod tamen locum non habet, foret appellandum, non hoc, quia nudi delegati causam subdelegare non valent, *Blum. in process. Cam. tit. 27. §. 14.*

TH. X.

Nec movet, quod supra citato loco Schutzius cum aliis opponit, se hisce iudicibus delegatam competere jurisdictionem, intrepidè esse propugnaturum, cum verba in *Ordin. Cam. p. 2. tit. 2. §. 2.* ita legantur, *Als Kayserslicher Commissarius in Krafft der Commission, die Wir als Römischer König an Statt der Kayserslichen Majestät in Krafft ihrer Lieb und Kayserslicher Majestät uns gegebener Vollmacht und Heimplung/ hiermit einem jeden gethan haben.* Nam R. quod vox *Commissarii* voce *delegati* seu *mandatarii* sit latior: *Rumel. de commiss. p. 1. lib. 1. c. 2. n. 7. Schubh. h. tr. c. 6. n. 218. Blum. in process. Cam. t. 27. §. 16.* quare Revisores, Iqui tamen iudices ordinarii sunt, *Gail. 1. O. 154. pr.* etiam dicuntur Commissarii. *O. C. p. 3. tit. pen. §. 11.* neq; appellatio nominis rem constituit, uti argumentorum à notatione nominali deductorum infirmitas est satis nota, *Steph. in dialect. jur. lib. 2. loc. 5. Everhardus loc. legal. l. 4. n. 5. Rumelin. dissertat. 1. ad Aur. Bull. conclusion. 6.* non obstat (2.) *l. 49. §. 1. de jud.* ubi Paulus ait, iudices delegati sive à præside dati solent in tempus successorum durare, & cogi pronunciare: easq; sententias servari, nunc autem austragale iudiciū non solvitur per mortem Imperatoris, teste *Blum. d. t. 27. §. 13. E.* Iudices austragales sunt delegati R. licet in eo inter delegatum ac man-

datarium sit de jure civili differentia, ut motre mandantis, se-
 cus ac morte delegantis, re adhuc integra, finiatur cognitio,
 & iudex austregalis ita cum iudice pedaneo sive delegato,
 quamvis non cum eo, qui mandatam habeat jurisdictionem,
 conveniat, in aliis tamen adhuc perdurat differentia, ut à iudi-
 ce delegato, cum eis hoc officium fuerit proprium, *Dn. Struv.*
exercit. 4. th. 44. in fin. appelletur delegans, *l. 1. pr. & l. 3. quis & à*
quo appell. à Statuum verò delegatis, non Status ac Principes
 delegantes, sed Camera vel ipsum iudicium aulicum Cæsa-
 reum appellatur: non obst. (3.) *§. 1. tit. 28. p. 2. O. C.* ubi iudicia
 ordinaria austregis opponuntur, quod, si & illa essent ordi-
 naria, non fuisset factum: *Ruland. de Commiss. c. 3. n. fin. R.* di-
 sting, inter iudicia ordinaria & jurisdictionem ordinariam, ibi
 etenim inferiora iudicia austregis opponuntur, & de jurisdic-
 ctione ordinaria, ac si ea in austregis non vigeat, ne quic-
 quam dicitur: (4.) opp. quod recusatio austregalis iudi-
 cis suspecti obtineat. *Mynsing. 2. O. 52. Matth. Stephan. de juris-*
dict. lib. 2. p. 2. c. 3. membri 3. quod, si ordinarius esset, non con-
 tingeret, *R.* etsi communis *Dd.* schola ordinarii iudicis recu-
 sationem haud permittat, tamen ratio juris & textus acutè
 perspecti quemcunque facilè contrarium docebunt, *l. 10. ff. l. 4.*
C. de jurisdic. c. 4. de foro compet. c. 61. de appellat. c. 1. de nov. oper.
nunc. Dn. Struv. exercit. IX. th. 11. circa finem Rosenthal. c. 12. c. 4.
n. 62. & seqq. quæ sententia usu servatur, *Hillig. c. 25. lib. 12. Brun-*
nius de var. univers. speciebus conclus. c. 16. in tantum ut & tota colle-
 gia, quamvis de supremo Camerali iudicio ob speciales ratio-
 nes forsan aliud dicendum, de quo *Gail. 1. O. 33. n. 11.* intelli-
 gendus, possint recusari. *Hillig ad c. 25. lib. 12. Brunnius d. l.* (5)
 opp. quod austregæ, uti iudices ordinarii non possint senten-
 tias exequi *O. C. p. 2. r. 8. §. 8. R.* exinde videmus, quod non sint
 delegati Imperatoris, cum hi sententiam excutere possint:
 neque ut isdem iudex suam sententiam exequatur, est de es-
 sentia iudicis ordinarii, uti in Revisoribus videre est. (6.)
 opp. quod austregis iudicatio immediate ex lege, cum ex
 electione & requisitione eam assequantur, haud competat, *R.*
 per

per instantiam, etiam pares curiæ, qui tamen ordinariam jurisdictionem habent, suam jurisdictionem præmissa electione ex lege habent.

CAP. III.

De

Materia Subjectiva.

TH. I.

PERSONÆ, quæ in Imperio Romano Germanico austregarum beneficio fruuntur, aliæ sunt Status Imperii, aliæ non sunt, & rursus illarum nonnullæ sunt status vel verè vel fictè atque representativè: quæ omnes præter eas, quæ status non vocantur, vel primi vel secundi ordinis visuntur, & in utroque ordine inveniuntur vel personæ ecclesiasticæ, vel seculares: *Schubhard. de jur. publ. vol. 2. exercit. 3. tb. 7. Schubhard. in h. m. c. 3. n. 22* Unde fluit, quod hoc austregarum beneficium originariè neque subditi immediati, neque etiam Status qualitatem primariò respiciat, nam hoc, si esset, Imperiales civitates liberas, cum Status sint, votumque ac sessionem in Comitibus Imperii habeant, ab eo exclusas videre non liceret, *Gail. 1. O. 30. n. 13. Blum. in process. Cam. tit. 27. §. 41.* & è contra omnes Imperii nobiles immediati, cum status non sint, isto privilegio forent, privandi: illud si foret, privilegium civitatibus imperialibus, cum immediatæ sint, competere, denuò dicendum esset, *Schubhard. c. 3. n. 9. & 16.* multo minus austregæ privilegium patrimoniale, sed personale est, *Mindan. de Process. c. 19. n. 23. Schuv. O. 20.* cum etiam Principibus principatum non tenentibus & gubernationem nullam habentibus, competat, *O. C. p. 2. tit. 2. 3. & 4.* singulas itaque ac primo personas ecclesiasticas primi ordinis (in quo continentur (1) Archiepiscopi (2) Magister ordinis Teutonici (3) Episcopi (4) Abbates Principes (5) præpositi Principes & denique (6) Abbatissæ Principes) videbimus.

TH. II.

Competunt autem austregarum jura personis ecclesiasticis

eis non qua talibus, sed qua sunt Principes & regalium digni-
 tatum capaces, *Ord. Cam. p. 2. tit. 2. §. 2. ibi Geistlicher oder*
Wellicher. Heig. dis. 1. q. 44. num. 53. Gall. 1. O. 30. n. 1. & 6. &
O. 37. n. 10. quia non tantum clericam, sed etiam laicam perfo-
 nam sustinent, *August. Confess. artic. 7. de potest. eccles.* ac inter
 has ex primo ordine primum locum sibi vindicat (1) Archi-
 episcopus Moguntinus per germaniam Archicancellarius, cui
 primæ post Romam partes competunt, unde residentia ejus
 vocatur *der H. Stuhl zu Mainz.* (2) Archiepiscopus Trevi-
 rensis & Archicancellarius per Galliam & Regnum Arelatense,
 hoc subtractu suo Regnum Delphinatum, Sabaudia Ducat-
 um, Burgundia Comitatum & Helvetiorum partes continuit,
Limn. l. 1. c. 9. n. 9. & volunt nonnulli Sylvestrum Papam ad in-
 tercessionem Constantini Magni Agnitum Patriarcham An-
 tiochenum titulo primi Archiepiscopi Trevirensis huc misisse.
 (3) Archiepiscopus Colonienfes & per Italiam Archicancella-
 rius, hujus officium se præcipuè olim exerebat, cum Impera-
 tor trans alpes coronæ recipiendæ & Italia pacandæ causa ab-
 iret: & censetur hic Archiepiscopatus operâ Caroli M. à Bo-
 nifacio in Coloniam Agrippinam Ann. 743. introductus (4)
 Archiepiscopus Salisburgensis, cujus sedes episcopalis, quæ
 fuit antea Laureaci, à S. Laurentio Marci discipulo sic vocati,
 anno 1798. Salisburgum ad instantiam Caroli M. fuit translata.
Hermes. Fasc. 1. p. c. 29. Archiepiscopatus verò Magdeburgensis
vi instrum. pac. Osnabr. artic. 11. sub titulo ducatus cum perti-
 nentiis, territoriis regalibus & juribus tanquam feudum perpe-
 tuum cessit loco æquivalentis & satisfactionis Electori Bran-
 deburgico, qui etiam mortuo ejus administratore ann. 1680.
 possessionem obtinuit, & anno sequenti 1681. homagium so-
 lenniter à subditis recepit: ita etiam Imperator cum consensu
 totius Imperii Archiepiscopatum Bременem in feudum secu-
 lare & immediatum sub titulo ducatus coronæ Suecia concessit,
 qua ratione Suecorum Rex Imperii status creatus votum
 ac sessionem in Principum senatu habet. *artic. X. §. 7. instrum.*
Cesar. Suec.

TH. III.

(5) Magister ordinis Teutonici, qui Episcopo major, Archiepiscopus tanquam eorum vices subiens immediatè sequitur, & Mergenhemii in Franconia à quibusdam Equitibus ad hunc actum deputatis & dictis *Nabesgebürige* / eligitur, *Reink. de R.S. & E. l. 1. c. 4. c. 28.*

TH. IV.

(6) Austregarum jura sibi ascribunt Episcopi, quales sunt, Bambergensis, Eichstetensis, Spirensis, Argentoratensis, Constantiensis, Augustanus, Hildesheimensis, Paderbornensis, Frisingensis, Ratisbonensis, Passaviensis, Monasteriensis, Osna-brugensis, Leodiensis, Curiensis, Sedunensis, qui tamen hodie, cum nec contribuat, nec in conventibus appareat, ab imperio se eximere conatur, quamvis anno 1594. adhuc in comitiis comparuerit. *Reink. l. 1. class. 4. c. 21.*

TH. V.

(7) Abbates Principes, *Gefürstete Aebte* / prout est, Abbas Fuldensis, Campidunensis, Murbacensis, Hirsfeldensis, verum hæc Abbatia hodie ex consensu Imperatoris & Statuum secularisata transit sub titulo Principatus in Serenissimorum Landgraviorum Hassiacorum potestatem, Reichenavensis quem titulo perpetuo repræsentat Episcopus Constantiensis, qui appellatur Dominus *des Gottes Hauf zu Reichenau* Stabulensis, Prumiensis, Corveiensis, Salfeldensis, & Werdensis, secundum matriculam Imperii de Ann. 1471. quam habet Goldast. *Constit. Imperii Tom. 1. post præfat. ad Lectorem. p. 15.* (8) Abbatissæ Principes, uti sunt, Quedlinburgensis, Essensis, *Ganderheimensis*, *Gerenrodensis* quæ quoad collectionem sunt extractæ, illa à Principibus Anhaltinis, hæc à Duce Brunsvic. *Hervordensis*, *Andelaviensis* ac *Buchoviensis*, (9) Prælati Principes *gefürstete Probste* / uti est propositus Weisenburgensis, *Elwangenensis*, ac *Berchtolsgadensis*: *Goldast. d. l.*

TH. VI.

Secundi ordinis Ecclesiastici sunt, (1) Abbates (2) Præpositi, & (3) Abbatissæ, qui vel quæ, ratione feudorum, ab Imperio ipsis concessorum, quidem immediati vel immediatæ &

D

Status

Status sunt, non tamen principali dignitate decorati decoratæve, quorum vel quarum catalogum vid. apud Goldastum. *Constit. Imper. tom. 1. pæfat. ad Lector. pag. 19. & 2. seqq.* quibus etiam nonnulli Commendatores Provinciales uti sunt *die LandCommenthur der Ballen Coblenz/ der Ballen Elsas und der Ballen Burqund* adscribunt, *Reink. d. Class. 4. c. 21.* reliqui verò Commendatores immediati non sunt, sed jurisdictioni Principum in quorum ditione possessiones habent constitutas, sunt subjecti, *Reink. de Regim. secular. & Ecclesiast. l. 1. class. 5 c. 10. num. 24. & seqq.* sunt præterea Prælati, qui etiam bona, non tamen immediatè ab imperio, sed ab aliorum Statuum jurisdictione dependentia, possident, quare, si ratione horum bonorum vel actionem instituant vel conveniantur, licet sint Comites, Barones aut Nobiles immediati, tamen hoc privilegio destituti aut forum Rei sequi, aut ubi res sita est, conveniri debent, quia non ut Comites, Barones, & Nobiles immediati, sed ut Prælati in actione instituenda, judicantur. *Magenh. ad O. C. p. 2. tit. 5. verb. Prælaten.*

TH. VII.

Et quin ea, quæ de Ecclesiasticis personis primi ac secundi ordinis diximus, quoad Principes & reliquos Status legitimo modo electos, & ab Imperatore investitos procedat, nullus unquam dubitaverit, de canonicè verò tantum electis & postulatis, nondum tamen investituram ab Imperatore consecutis inter Dd. magna est controversia. Nos iis æquè ac investitis, austregarum beneficia asserimus (1) cum ante consecrationem & investituram etiam omnibus aliis privilegiis censeantur decorati: *Schubb. h. c. 3. n. 79. Blum. process. cam. tit. 27. num. 44.* (2) quia ipse imperator & status imperii ejusmodi clericos, pro Principibus salutant, cum igitur ex cooptatione Imperatorum hi Ecclesiastici pro Principibus, quibus austregæ competunt, reputentur, quis ergo, nisi ex perfidaci temeritatis audacia austregas iis pernegabit, præsertim cum à Carol. M. *Michael de juried. conclus. 139.* Ludovico Pio *Heig. r. q. 4.* & Ottone M. *Stephan. de Jurisd. libr. 3. pr. n. 1. c. 14. n. 16.* effectum & ordinatum, ut collegium eligendo sibi Præsulem Collegii

Collegii Principum consortem constituat. *Knich. de Jur. territor. c. 1. n. 16. & seqq.* (3) quia ejusmodi electus ante investituram, uti cæteri Status fert omnia incommoda, quidni igitur hoc commodum habeat, *cap. 55. d. R. I. in 6.* (4) quia episcopus electus, si austregarum judicio non gauderet, sine ullo dubio, cum capitulum per electionem se ei submiserit & ejus judex competens amplius haud sit, in Camera, tanquam persona immediata, esset conveniendus, quæ de eo, non quatenus Episcopo, sed quatenus seculari cognosceret & judicaret, cum igitur ante investituram jurisdictio Cameralis & aulici judicii propter concurrentiam in canonicè postulato jam sit fundata, non video quomodo ab austregarum judicio esset excludendus, *Schubb. d. l. num. 85.* quam sententiam etiam juvat *Mindan. l. 1. c. 19. n. 13.*, dum, capitulum per electionem vel postulationem electo & postulato, maxime & jus austregarum conferre, asserit: non obst. *2. f. 10. ubi Principes per investituram fiunt.* & quod, sicut in primi acquirentis heredibus investitura est magis antiqui feudi confirmatio ac declaratio, ita in canonicè postulato, jus per postulationem capituli in recens electum Episcopum translatum, investiturâ confirmatur, (2) non obst. quod Episcopi postulati jura Principum nec præscriptione nec successione habeant: & Quod Capitulares tanquam Domini hereditarii successerint in jura episcopalia, in novum electum Episcopum, jam denuo translata. (3) non obstat, quod electio tantum, quantum successio non tribuat & ex ante dictis, hoc procardicum falsum esse, constare.

TH. VII.

Fictè Status ecclesiastici & per repræsentationem dicuntur sede vacante Capitulares, nam omnia jura & omnis jurisdictio Episcopi Principis defuncti jure repræsentationis Capitulo attribuuntur. *C. cum olim 14. X. de Major. & obed. ibiq. Gloss. Gail. 1. O. 36. n. 10.* quare defuncto Prælato, qui fuit Status Imperii, austregarum jura Capitularibus profiteamur, *Mindan. lib. 1. c. 19. num. 11. Umm. in process. civil. disp. 4. num. 43. Arum. in disput. ad Aur. Bull. 1. thes. 24. & in disputat. de jur. publ. 36. §. 41. circ. fin. Rumelin. diss. 1. p. 2. ad Aur. Bull. corol. 3. cum feuda Imperii prin-*

cipalem dignitatem conferentia, teste experientia, apud Capitulum maneat: deinde quia sede vacante capitulum ad comitia & ad alios conventus vocatur, & per Syndicum comparet, *Bertr. de comit. conclus. 43. Recess. Imperii de anno 1555. ibi Dechant und Thum Capitel zu Minden. ann. 1559. ibi Capitel zu Srensfingen ann. 1576. Dechant und Capitel zu Halberstadt / Limn. l. 9. c. 1. num. 10.* ergo & per eundem causas primæ instantiæ expediet: cum alias Episcopus post processum in camera institutum, designatus, non citra absurditatem eundem processum in maximum sui privilegii præjudicium aut rati habere, aut Camera, quod denuò absurdum, cassare deberet: Imò Capitulum, extra considerationem præminentis immedietatis, planè nullum sortiretur forum, cum mediati prima vice in camera haud convenientur, unde haud obscurum est, quod sicut præminens qualitas repræsentata radicet immedietatem, quæ ratione Camerae jurisdictio fundari, ita & austregarum jus doceri, possit, est enim capitulum ad instar tutoris Ecclesiæ vacantis, quæ jure pupillorum utitur. *c. auditis 3. de restit. in integr. c. cum deputari 16. de judic. Umm. de proc. disput. 4. n. 40. Dissentit Gail. 1. O. 30. n. 8.*

TH. VIII.

Sequuntur Status seculares, qui denuò vel primè vel secundi ordinis & vel verè vel fictè Status sunt: inter Status politicos primi ordinis primas tenent Electores, quorum omnium primum Regem Bohemiæ nonnulli ab austregarum beneficio excipiunt, verùm, quamvis nemo, Regnum Bohemiæ Imperii feudum & Regem Bohemiæ Imperii vasallum & subditum esse, inficiari ibit, ita ut eundem quoque inter Imperii Status recensent, *Limn. l. 3. c. 8. n. 22. & seqq. Gervvold. c. 9. in fin. de septemviratu. Schütz. de jur. public. v. 1. exercit. 7. thes. 27. acriter contradicentibus. Reink. 1. class. 4. c. 3. n. 27. Arum. de comit. c. 4. n. 1. in fin. n. 40. & multis seqq. n. 60. & n. 74. Wurm. exercit. 9. conclus. 3. per R. I. de anno 1551. §. Ferner. 51. & de anno 1500. rubr. Wie man mit dem König / & de anno 1530. §. 101. Interim judicium meum, an etiam austregæ Bohemiæ Regibus competant, adhuc suspendo, quamvis non videam, (cum Bohemiæ Reges,*

Reges, secundum Goldastum *de Bohem. l. 4. c. 1. n. 10.* in Camera conveniri possint, uti in exemplo Ottocari, qui tribus vicibus ab Imperatore Rudolpho I. citatus & emanens contumax declaratus fuit, videmus, quæ sententia de anno 1514. die 18. Januar. lata, est confirmata in *Sachen N. contra N. ist erkant/ daß dieselbe appellation verhindert Ihrer Einrede/auff den appellanten eingebrachte Klage litem contestiren und antworten sollen: und wollen die Appellanten gegen den Regenten in Böhmen auff die angezogene Pön procediren / sollen sie denselben Regenten wie recht darzu citiren lassen/ Buxtorff. ad Aur. Bull. conclus. 88. in fin. Cuspin. in Rudolph. I. Aventin. l. 7. Annab. Bojar. Daniel Otto) quomodo austregarum beneficium iis tanquam Electoribus denegari poterit; quando autem hanc dignitatem Electoralem Electores consecuti fuerint inter Dd. certò non constat, & plurimis, Bohemiæ Reges etiam ante Imperatoris Caroli IV. auream Bullam hujus privilegii participes fuisse, verissimum videtur: *Aur. Bull. tit. 4.* & cum nonnulli ex Electoribus, vacante sede Imperatoriâ, Imperii Vicarii sint, uti Saxonix Dux & Elector, nec non Bavarus & Palatinus Rheni, Duces ac Electores, inter quos posteriores tamen lis & controversia de Vicariatu adhuc viget, hi igitur, ut Vicarii, non coram austregis, sed coram novo Imperatore vel etiam coram Imperii ordinibus, conveniuntur, *Buxtorff. ad Aur. Bull. th. 64. Schütz. in colleg. jur. publ. Exercit. V. thes. 15. lit. b. vol. 1. Schubhard. tr. c. 3. thes. 92.* (2) Archiducibus Austriæ & Ducibus Burgundiæ hoc austregarum beneficium competit, modi isti, non in Imperatoria qualitate, quia ibi suo modo in causis civilibus forum coram Palatino Rheni sortiuntur, *vid. Aur. Bull. c. 5. Umm. ad process. disp. 4. num. 41.* sed in qualitate Archiducali considerentur, uterque licet secularis sessionem in scamno Clericorum habet: & tam in dirigendo quam sedendo alternat Archidux Austriæ cum Archiepiscopo Salisburgensi, Burgundiæ verò Dux omnes quoscunque Episcopos in sedendo antecedit, præter Electores & Archiepiscopum Salisburgensem, quem in sessione Comitiorum immediatè sequitur. *Blum. in process. camer. tit. 27. §. 24.* (3) Jure sibi hoc privilegium vindicant*

dicant omnes Imperii Duces, uti sunt Duces Saxonæ, Bavar-
 riæ, Luneburgensium & Brunsvicensium, Juliacensium, Pome-
 raniæ, Megapolitanorum, Wurtembergensium & similes (4)
 Comites Palatini (5) Landgravii & Marchiones, *Blum. in pro-*
cess. Camer. d.l. §.28. & 29. qui hodie cum Ducibus Imperii in
 æquali dignitate sunt constituti, neque præcellentia Ducatus,
 major est ac Landgraviatus vel Marchionatus dignitas, *Reink.*
de Regim. secul. & eccles. libr. 1. c. 4. §. 17. & 18. Sixtin. de Regal.
lib. 1. c. 5. num. 119. imo Duces nonnulli Hassiæ Landgraviis cer-
 ta ratione cedere debent, uti Ann. 1655. in Comitibus Ratisbo-
 nensibus à Ferdinando III. Rom. Imperatore glor. & b.m. in
 alternanti celsissima domo Hassiaca, Wurtembergica, Pomera-
 na & Badensi decisum est, unde domus istæ Serenissimæ dicun-
 tur *die vier alternierende Häuser* / quibus hodie accedere de-
 siderant domus Holsatica, Lauenburgica & de novo Domus
 Megapolitana, juxta *Myller. ab Ehrenbach tr. de Stat. Imp. p. 1.*
c. 13. §. 20. & quamvis Goldastus, *Tom. 1. p. 27.* quòd Landgra-
 vii tantum in comitum dignitate sint constituti, autumet, id
 tamen de Hassiæ Landgraviis, qui in comitum numero nun-
 quam fuerunt, intelligi haud potest, hi enim ex Regia Braban-
 tiæ ac Aurelianensium Ducum prosapia orti, cum de Thu-
 ringiæ & Hassiæ Landgraviatibus investirentur, jam dum prin-
 cipali dignitate fulgebant, quibus annumerabantur Thurin-
 giæ, Alfatia & Leuchtenbergiæ Landgravii: verum Thurin-
 giæ provincia cum titulo Landgraviatus, hodie Saxonæ Du-
 cibus competit, & Alfatia extinctâ Landgraviorum prosapia
 hæctenus cum titulo ad Archiduces Austriæ & Episcopos Ar-
 gentinenses pertinuit, *Recessus Imperii Wormatiensis de anno 1521.*
in pr. & fin. quæ hodie secundum magnam partem ad Gallia
 Regem, spectat: *Instrum. Pac. Cesar. Gall. art. 3.* & Albertus
 Dux Bavarie Leuchtenbergiæ Landgraviatum, per matrimo-
 nium Mechtildis ultimi Landgravii filia ad suam familiam per-
 duxit: *Lazius. de Migrat. Gene. c. 7.* Tandem hisce Landgravia-
 tibus principalem dignitatem obtinentibus accessit Landgra-
 viatus Franconiæ, *Blum. in process. cam. tit. 27. §. 29.* & horum
 Landgraviatum Domini cum duplicatam habeant dignitatem,
 Princi-

Principibus simpliciter ita dictis semper sunt præferendi. *Reink. de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 4. c. 8. num. 10. Tiraquell. de Nob. c. 5. num. 81. Menoch. Consil. 51. n. 3. libr. 1.*

TH. IX.

(6) Competunt austregæ etiam Principibus in specie sic dictis, hoc est qui neque Ducis neque Comitis Palatini neque Landgravii neque Marchionis titulum sibi tribuunt & simpliciter Principes dicuntur, quales sunt, Princeps Anhaltinus & Dux Sabaudia, qui respectu ditionis Pedemontanæ Pedemontium Princeps auditur, *Reink. de Regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 4. c. 8. n. 5. Jacobin. de S. Gregor. in tract. de feud. in verb. Princeps Pedemontium. Sixtin. de Regal. c. 4. num. 24.* quibus noviter accesserunt Principes de Hohen Zollern / de Eggenberg / de Loconitz / de Nassau Hademar / de Nassau Dillenberg / de Salm / de Dieterichstein / de Picolomini & de Auersberg *Recess. Imper. de ann. 1654. §. über dieses Haben 197.* (7) Huc referimus Comites Principares Fürstliche oder geFürstete Grafen / qualis est Comes Gortzensis, *Recess. Imperii de anno 1576. §. Nach dem auch auff jero ibi die Fürstliche Graffschafft Görz* Comes Habsburgensis, Tyrolensis, Hennebergensis, Mompelgardensis & Arnsbergensis. *Reink. de Regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4. c. 14. n. 29.* nec non Comes Burgundia, Flandria, Hannonia, Kiburgia. *Blum. in process. Cameral. tit. 27. §. 32.* item Comes Mersburgensis, Sultzbacensis, Wetenensis ac Wittelbacensis, *Goldast. tom. 1. p. 18. & seq.* qui in Actis Imperii sub verbo Fürstmaßsiae comprehenduntur, *Clut. in Syllog. rerum quotid. conclus. 26. lit. h. Reink. lib. 1. class. 4. c. 14.* [8] Sunt etiam quatuor Burggravii, qui Principali honore decorati in prima hac classe austregarum jura sibi meritò arrogant, nim. Magdeburgensis, Norinbergensis, Strombergensis & Reineccensis, *Reink. de Regim. secul. & eccles. lib. 1. c. 13. num. 44. Schutz. in colleg. publ. vol. 1. c. 8. thes. 6. lit. h.* quibus Burggraviatum Zorbeckensem ac Misniensem addit *Blum. in process. Camer. tit. 27. §. 31.* verum Magdeburgensis Burggraviatus cessit in potestatem Electoris & Ducis Saxonia, wird wie ein Fürstenthumb
des

des Reichs dem Churfürsten von Sachsen mit der Fahnen vom Römischen Kayser geliehen/ wie solches zu Franckfurt am Mann 1558. und zu Augspurg anno 1566. vom Kayser Ferdinando I. und Maximiliano geschehen/ *Reink. d.l. n. 44. Schütz. in Colleg. publ. vol. 1. exerc. 8. thes. 6. lit. b.* Norinbergensis verò Burggraviatus perpetuò jure transit ad Electores & Marchiones Brandenburgenses. *Reink. d.l. & quamvis Nolden de Nobil. c. 8. num. 173.* existimet, quod hi Marchiones tantum titulo sint Burggravii, cùm Fredericus Burggravius ab Imperatore Sigismundo Marchio Brandenburgensis creatus civibus Norinbergensibus castrum Noricum, brevi post ab ipsis dirutum & in domum frumentariam mutatum, vendiderit, ei tamen contradicit *Limnæus l. 4. de jur. publ. c. 4. n. 83. Johan. Cochler. descript. serm. c. 5.* Burggraviatus Reineccensis quo ad Dominatum ad Comites ab Ysenburg jure hereditario pervenit, juxta *Meichsn. tom. 1. decis. 2.* castro verò Strombergensi juris Palatini facto, Burggraviatum cum juribus ac voto prætendit Episcopus Monasteriensis, uti ex supplicatione, ann. 1653. in Comitibus Ratisbonensibus Imperatori oblata videre est. *vid. Not. in Schütz. Colleg. publ. lit. b. thes. 6. exercit. 8. vol. 1.*

TH. X.

Denique [9] etiam reperiuntur principes qui simpliciter Domini appellantur, quibus in primo ordine & in Principali dignitate constitutis austregarum jura non aliter ac aliis ejusdem ordinis Statibus competunt: *Goldast. d. t. 1. p. 19.* cujusmodi sunt. Dominus Rostochiensis, Stargardensis, Frisiæ, Marchiæ, Venetorum sive Vandalorum, Molini in Burgundia, Salinarum in Burgundia, Zerbstæ, Badenweiler, Neoburgiani Principatus in Bavaria, Neostadiani Principatus in Palatinatu, & Grubenhagiani Principatus in Brunsviga, quemadmodum omnes istos refert *Blum. in process. Cam. tit. 27. §. 33.*

TH. XI.

Secundi ordinis Status, quibus austregæ competunt, sunt [1] Comites immediati & [2] sub his comprehensi Landgravii, quorum ditiones in Principatum erectæ non sunt, siquidem Comites & Barones titulum Landgravii ratione certarum

rum

rum ditionum usurpantes inveniuntur, quales olim Comites Lupfii fuerunt: & hodie Barones de Papenheim salutantur Landgraffen zu Stillingen / Comites Sulzenses Landgraffen zu Sleslau / & Comites à Fürstenberg Landgraffen in Baarn / unde prædicti Comites & Barones, cum ditiones, de quibus se Landgravios nominant, non sint amplæ, nec sub qualitate Principatus concessæ, nomen Comitis nomini Landgravii præponunt, uti videre est in subscriptione Recessus Imperii Ratisbonensis de Anno 1567. in his verbis *Eitel Friederich Graffen zu Lüpffen Landgraffen zu Stillingen: Alwig Graff zu Sulz Landgraffen zu Sleslau / Joachim Graffen zu Fürstenberg Landgraffen in Baarn / præterea (3) Burgravii ex corpore Burgi sive Burgmannorum electi Principali dignitate destituuntur & in Comitum dignitate relinquuntur, Blum. in process. Cam. tit. 27. §. 31. quod, Burggravios castrorum Fridbergensium & Gelnhusanorum, & alios similes referimus, & quamvis illi à civitate Fridbergensi pro Statibus Imperii haud habeantur im gründlichen Bericht des H. Reichs Stadt Fridberg Stand / etc. betreffend jura tamen austregarum iis non denegabimus, Blum. d. l. §. 30. & §. 38.*

TH. XII.

Inter Status secundi ordinis, (4) recensentur Barones, qui de usu & Germanorum consuetudine genere & gradu dignitatis à Comitibus haud amplius differunt, quamvis in ordine Comes Baronem regulariter præcedat; nam hic ordo præcundi diversum dignitatis gradum, cum etiam inter ipsos Comites sit ordo præcundi, haud infert, *Blum. in process. Cam. tit. 27. §. 39. Reink. de Regim. secul. & eccles. lib. 1. c. 4. c. 15. n. 38. & 42. in med. nam æquè Barones ac Comites appellantur illustres, Bald. c. 1. in pr. n. 6. de Feud. ac possident dignitatem regalem in suis ditionibus, Schrad. de Feud. p. 10. Sect. 1. promoventur ad officium Præsidis Camerae Imperialis, O. C. p. 1. tit. 1. §. 1. & 3. R. I. de Anno 1570. §. Dieweil dann auch. Sixtin de Regal. libr. 1. c. 4. n. 41. & quoad leges vestiarias in Imperii Constitutionibus parificantur, Reformat. polit. de Anno 1530. sub tit. Von Graffen und Herren / & de An. 1548. sub tit. Von Graffen und Herren /*

E

Policey-

Policey-Ordnung zu Franckfurt sub tit. 13. Imò nonnulli Barones, uti de *Hohengenolzeck / Keupolskirchen & Winnenberg / Comites* antecedunt, *Reink. de Regim. secul. lib. 1. class. 4. c. 21. Blum. d. l. §. 39.* deinde etiam sunt Comites ac Barones mediati, ut Comites de Hardeck sub Austriacis, Comites von Hohenstein sub Electore Brandenburgico, & Comites von Neugarten sub ducibus Pomeraniæ, qui Status non sunt, *R. I. de Anno 1548. §. Wiewohl auch in der Ringerungs - Handlung. 66.* & licet suis bonis habeant dignitatem regalem annexam, austregarum tamen jure haud fruuntur, *Blum. in process. Camer. tit. 27. §. 37. Reink. de Regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4. c. 14. num. 37. 38. & 39.*

TH. XIII.

Fictè Status per representationem sunt illustrium personarum secularium tutores & politicorum administratores, nam cum tutores quoad providentiam rerum pupillarum domini loco sint, *l. 27. C. de administ. tut. & curat. non potest non sequi, quin Statum repræsentent; Gail. 1. O. 36. n. 7. infim. Schütz in Colleg. publ. vol. 2. Exercit 3. th. 6. lit. h.* præterea certissimi juris est, quod tutores pupillorum præsertim infantium, qui per se non habent personam standi in judicio, *l. 1. 2. C. qui leg. pers. l. 4. C. si advers. rem jud. lites suscipiant, Brunn. in process. civili c. 17 n. 18.* ideò si pupillorum & non proprio nomine conveniantur, forum aliud quàm eorum sortiri non possunt.

TH. XIV.

Denique austregarum jurium participes fiunt nobiles immediati, *O. C. p. 2. tit. 3. & 5. Klock. p. 2. c. 67. n. 6.* qui vulgò in tres dispefcuntur classes, Franconiam, Suevicam & Rhenanam, *R. I. de Anno 1500. tit. Wie man mit den Ritterschafft zu Francken / Schwaben / Rheinland handeln soll / R. I. Spirens. de Anno 1542. §. Demnach haben wir / Franconica* denuo in 6. distribuitur loca (1) Oderwaldt / (2) Gebürg / (3) Steigerwaldt / (4) Köhn und Währra (5) Allmühl (6) Wannach / & singula loca suos habent Capitaneos & conjunctim unum Directorem, mutantibus tamen locis post biennium directorium, *Schubh. in h. m. c. 3. n. 115. Limn. lib. 6. c. 3. n. 47.* Suevica etiam

iam in quinque locos dispescitur (1.) in Hegach / Bodensee und Allgach / (2) an der Donau / (3) am Röcher / (4) am Schwarzwaldt / (5) Greichauß / *Schuss in iur. publ. vol. 1. exercit. 9. th. 9. tit. b. Nolden. conclusion. 147. de Stat. Nobil. prædicti autem Nobiles vulgo appellati Die Reichs Freyen die Freye Reichs-Ritterschafft / Blum. tit. 27. §. 4. utuntur austregis non tantum si bona libera, sed & si mediata possident, & ita pronunciatum est in causa Jobst Rauen von Holzhausen / contra Ludvvig Grafen zu Stollberg und Königstein / Ruland. de Commiss. p. 4. lib. 8. c. 1. n. 7. infn.*

TH. XV.

Illud etiam est notandum, quod nonnulli Principes simul sint Comites & Barones ob Comitatus & Baronatus, quos ab Imperio possident, hi, si agant aut conveniantur, non expressâ dignitate secundum quam id fiat, considerantur in qualitate principali, quia major dignitas, ubi duplex concurrat, attenditur. *Gail. 1. O. 30. n. 21. & seqq. nisi dignitas, quæ secundi ordinis Statibus competit exprimat, tunc enim hæc sola in iis attenditur, Scip. 3. decis. Cam. 53.*

TH. XVI.

Hoc privilegium quia personale & non patrimoniale est, non tantum Principibus gubernantibus, sed etiam iis qui territoriis carent, competit, nam liberi legitimi, patrem quoad dignitatem & honores sequentes, *l. 19. ff. de Stat. hom. l. 11. C. de dignit. æquè Imperii Principes, Comites & Barones, uti parentes sunt: Beth. de pact. illustr. fam. c. 8. quanquam igitur territorium penes unum sit, dignitas tamen à patre in generata liberis, etiam fratribus, auferri nequit, Cravetta Consil. 855. quare, nisi pacta familiæ obstant, etiam ad comitia vocantur, Ruland. de Commiss. p. 2. lib 5. c. 4. Schuss in Colleg. public. vol. 2. exerc. 3. th. 8. lit. b. quod non tantum in filiis sed etiam filiabus, quæ, quamdiu in familia manent, Patrum privilegiis fruuntur, procedit, l. 1. C. de dignit. l. 195. V. S. nisi per matrimonium à paternæ familiæ nexu solutæ mariti forum sequantur l. 8. de Senator. l. ult. C. de incolis. l. 13. C. de dignit. quibus casibus maritorum suorum austregis tantum gauderent, Cothmann. respons. acad. 15. quas etiam vi-*

duæ per mortem mariti factæ, quam diu in tristi vivunt viduitate, retinent, *l. 22. §. 2. admunicipal.* quia censentur adhuc in prioribus nuptiis persistere: *N. 22. c. 20. §. 1.* si quæ verò ad secunda vota transeat & sponsa de præsentis fiat, novi sponsi jura usurpat. *l. 8. C. de Senator.*

TH. XVII.

Minùs vero dubii inter Doctores est, quin filii legitimi à patre & matre illustres, austregarum concessionibus fruuntur, de iis verò, qui à Patre quidem illustri vel nobile, sed à matre plebeja progerminarunt, dubitatur, & in hujus difficilis & arduæ quæstionis abyssò hæsitat Bertram. *de Comit. conclus. 45* Becht *de secur. & salv. cond. l. 3. conclus. 225.* Tiraquell. *de nobil.* quia non alii, nisi ex utroque sanguine verè nobile, pronati, ad collegia Ecclesiastica majora in die hohe Stifter & Torneamenta, admittuntur, *Ordin. Regiment. Wormat. de Anno 1421.* nos tamen, hosce non minùs ac illos austregarum beneficiis gaudere, profiteremur, quia filii è plebeja matre nati, patris familiam, honorem, dignitatem & forum sequuntur, *l. 22. l. 36. C. de decur. l. 19. de Stat. hom. l. 1. ad municipal.* nec pro ignobilibus habentur, *l. 8. de Senat. l. 13. C. de dign.* quæ nostra sententia, cum in dicta ordinat. Regiment. austregæ non excipiantur, tanto magis est vera, quia jus commune, donec exceptio probetur, semper obtinet, *l. 14. ff. de leg.* cui adhuc accedit, quod ejusmodi filii etiam in feudorum successionibus, uti Germanorum collegia respondent, *Wesenb. cons. 44. n. 75.* non repellantur, *2. f. 20.*

TH. XVIII.

Naturales vero & vulgo quæritos ab austregis excludimus: de legitimatis verò quid dicendum nunc videbimus, cum autem legitimatio hodie duobus potissimum fiat modis, (1.) per consequens matrimoniũ, *l. 5. C. de natural. lib.* [2] per rescriptum Principis, *Nov. 89. c. 9.* cum tertius per oblationem curiæ de quo vid. *d. N. c. 2.* jam diu exoleverit; illos igitur, qui per subsequens matrimonium legitimantur, cum legitimis æquali lance trutinamus, *l. 10. in fin. de nat. lib.* cum illis omnia, quæ verè legitimis, competant jura, *N. 12. c. 4. & N. 18. c. 4. in fin.* ut nullum inter hos ac eos sit discrimen, *Nov. 74. c. 2. N. 12. c. ult.*

c. tanta

l. tanta x. qui fil. sint legit. l. 10. C. de Nat. lib. quare ergò austregas, cùm non minus in feudis ac allodialibus succedant, §. *naturales 2. f. 26.* iis inuidebimus: de legitimatis verò per Rescriptum Principis major est controversia, & his austregarum jura, citra crimen læsæ Majestatis, *arg. l. 3. C. de crim. læs. Majest. l. 5. C. de diversis rescript.* denegari non posse autumat Schüss in Colleg. publ. v. 2. exerc. 3. th. 8. lit. h.

TH. XIX.

Restant denique adoptati, & cùm hi sint duplicis generis, alii enim sunt adoptati in specie sic dicti alii verò arrogati, & hos, quia ex imperiali decreto in arrogatoris familiam pleno jure transeunt, austregarum jura habere, puto Schubb. in h. mat. c. 3. n. 129. Schüss in Colleg. publ. vol. 1. exerc. cit. 3. th. 8. lit. g. quia sunt verè filii familias, *l. 1. pr. de adopt.* & ejusdem juris cum aliis ex justis nuptiis quæsitis habentur, §. 41. *de exhered. lib.* sui- que dicuntur: §. 2. *I. de hered. quæ ab intestat. l. 1. §. 2. de suis & legitim. hered. l. 10. §. fin. de adopt.* quod illos attinet distinguendū judico, aut adoptio est perfecta, ut quando avus maternus vel alius ex numero ascendentium filium adoptat, & quia hic adoptatus in potestatem & familiam patris adoptantis transit §. 2. *l. j. de adopt.* & jus sanguinis cum jure civili concurrat, arbitror, austregas in his non deficere: aut adoptio est imperfecta, ut quando extraneus, qui in Patris adoptantis potestatem non transit, sed sub patris naturalis potestate retinetur, *l. 10. pr. C. de adopt.* adoptatur, & huic austregas jure denegamus.

CAP. IV.

De

Materia Objectiva.

TH. I.

Objectum austregarum sunt tantum causæ civiles, quamvis enim *in pr. p. 2. t. 4. Ordin. Cam.* verba universaliter ponantur, und auch was Ursachen das wäre / generalissimè ponantur, ut omnia sc. feudalia, criminalia & matrimonialia, nullo penitus

tus casu excepto, sub se continere videantur, *l. 1. à procuratoro*
13. C. Mandat. Surd. consil. 343. n. 7. Cravetta Consil. 105. n. 2. quod,
 tam in odiosis quàm in favorabilibus procedere, affirmat Me-
 noch. *cons. 320. n. 2. Pauermeister. 2. de jurid. c. 6. n. 178. & seqq.* ma-
 ximè cum verba, *Sprüche und Anforderungen / Ordin. Cam.*
p. 2. tit. 2. & 3. sint geminata, & tantùm quædam causæ exem-
 ptæ, *tit. 5. Ordin. Cameral.* exceptio autem confirmat regulam
 in casibus non exceptis: *l. 12. §. 43. de instrum. leg.* cum autem
ex pr. p. 2. Ordin. Cam. satis constet, quod ibi tantum principa-
 liter de causis civilibus agatur, absurdi haud erimus, si, exu-
 lantibus à iudicio austregarum causis feudalibus, crimina-
 libus & matrimonialibus, solam causam civilem austregarum
 objectum agnoscamus. *Arum. §. 59. disp. 36. vol. 4. de jur. publ.*
Schubh. th. 13. exercit. 3. vol. 2. de jur. publ.

TH. II.

Causæ verò quæ iudicium civile concernunt, fundant se
 vel in iure ad rem vel in iure in re, de illis neminem dubitare
 existimo, quin coram austregis ventilari queant, de his autem
 inter Doctores magna est disputatio: nos actionem realem
 coram austregis proponi & propositam ventilari ventilatam-
 que dicidi posse, intrepidè affirmamus, *l. f. C. ubi in rem act. Vul-*
tey. ad l. 1. n. 20. & consil. Marpurgens. 19. n. 1. & seqq. vol. 3. quo fa-
 ciunt verba generalia, *wann ein Stand den andern mit recht*
beflagen wolte / warum / oder was Ursachen das wäre / p. 2. tit.
4. pr. Ordin. Cameral. tum propter clarissima verba, *in l. f. C.*
ubi in rem act. ibi actor forum rei sequitur, in rem sive in perso-
nam actio sit, tum etiam quod in locum iudicis domicilii au-
 stregæ concessæ sint. *Schubh. Exercit. 3. vol. 2. th. 3. lit. A.* quam
 sententiam indistinctè, sive res mobiles, sive immobiles sint,
 agnoscimus, *Schubh. c. 5 n. 143. de austregis & sive in petitorio si-*
ve in possessorio agatur: Schubhard. d. l. n. 152. interim non ne-
 gabimus, quod actor etiam forum rei sitæ præeligere possit.
l. 1. & l. fin. ubi in rem act.

TH. III.

Criminales causas in austregali iudicio institui ac venti-
 lari posse, tradunt *Umm. ad proc. disp. 4. n. 51. Mindan. 1. de pro-*
cess.

cess. in Camer. extrah. c. 9. n. 1. Matth. Steph. l. 2. p. 1. c. 3. m. 3. n. 48. de jurisd. contra negant Rutg. Ruland. de commiss. p. 1. l. 3. c. 2. n. 4. in fin. Arum. v. 4. disp. 36. de jur. publ. Schubh. de Austr. c. 5. n. 18. quia in iis causis in quibus jurisdictio Cameralis deficit, etiam locum non habet iudicium austregale, cum à iudicibus austregarum ad Cameram, ubi sententia lata est exequenda, vel ut iniqua reformanda, vel quando casus protractæ ac denegatæ justitiæ existit, est deveniendum, tit. 2 §. fin. tit. 4. §. 2. tit. 26. in pr. p. 2. Ordin. Cam. at verò in criminalibus deficere jurisdictionem Cameræ, & ad hanc causas capitales, nec per simplicis quærelæ, nec per appellationis viam pertinere, communiter placet, per tit. 28. §. 5. p. 2. Ordin. Cam. Gail. 1. O. 1. n. 27. Myns. c. 2. O 98. n. 7. & c. 4. obs. 41. quam sententiam etiam praxis, optima legum interpret, servat, Arum. d. l. n. 70. & solus Imperator jurisdictionem criminalem in Principum delicta, vigore constit. Frid. II. c. 4. vers. Wanns aber gehet an Ihr [sc. der Fürsten und anderer hohen Leuten] Leib / ic. das wollen wir [sc. Römischer Kaysers] selber richten / sibi vindicat, errat itaque Mindan. de process. c. 9. n. 4. quando fundamento carere, scribit, quòd cognitio in causis criminalibus respectu reorum immediatorum solius Cæsaris sit, Schubh. de Austreg. c. 5. n. 8. 34. Blum. process. Cam. tit. 27. n. 180.

TH. IV.

Ardua quoquè & scrupulosa disputatio inter Dd. tam Pontificios, quàm protestantes de matrimonialium causarum cognitione est, nam illi indistinctè negant, eam ad austregarum iudicium pertinere, cum hæc tanquam spiritualis non subsit iudicio seculari: Ex protestantibus Mindan. de process. in Cam. extrah. l. 1. c. 10. m. 2. n. 4. Vultej ad l. 1. n. 49. C. ubi Senator vel Clariss. Ziegler. §. austrega conclus. 2. & alii affirmant, moti hisce potissimum rationibus [1] cum contractus matrimoniales quoad formam & substantiam sint seculares, Hottman. consil. 108. n. 2. Alb. Gentil. de Nup. l. 1. c. 18. & seqq. Cypr. de Sponsal. c. ult. §. 29. n. 9. (2) quòd in Ordin. Cam. quidam casus, de quibus austregarum iudices non cognoscunt, sint excepti, inter quos causæ matrimoniales non reperiuntur, (3) quòd privilegium primæ

primæ instantiæ Proceribus Imperii in genere in quibusvis
 causis absque ullo discrimine concedatur, *p. 2. Ord. Cam. tit. 4.*
 ibi. mit recht wolten beklagen / warum oder auß was Ursachen
 Das wäre / generalis autem locutio singulas species, quæ ge-
 neri insunt, comprehendit non aliter ac si omnes nominatim
 fuerint enumeratæ atque expressæ, *l. si duo. 51. de administ. tut.*
 nec ulla species excepta videtur, nisi nominatim adjiciatur,
l. 1. §. generaliter 1. ff. de leg. prest. (4) quod verba in dict. Or-
 dinat. Camerali geminentur, & verborum geminatorum ea sit
 vis ac potestas, ut ampliet dispositionem, præsertim si gemi-
 natio à Principe sit profecta, *Decian. consil. 41. n. 36. vol. 2. Ruin.*
consil. 98. n. 12. l. 2. (5) hanc sententiam corroborat, quod hæc or-
 dinatio de privilegio austregarum sub Imperatore Ferdinando
 Anno 1555 fuerit edita, & autoritate juris publici dotata, jam
 ante Anno 1552. jurisdictione Ecclesiasticâ ad Protestantes
 devolutâ: Nos verò cum **Schüs** v. 2. exercitat. 2. th. 13. lit. e.
Schubhard. de Austregis c. 5. n. 89. Blum. tit. 27. n. 182. sententiam ne-
 gativam sequimur (1) quia austregarum iudicium nihil aliud est
 quàm exemptio primæ instantiæ à Camera, quæ de matri-
 monialibus non cognoscit, *Gail. 1. O. 112. n. 17. ubi in causa ma-*
rimoniali aliquando ad Cameram appellatum nec tamen appella-
tionem admissam fuisse scribit Gail 2. O. 45. [2] quia in exempto
 non potest plus esse, quàm in eo, à quo exemptio promanavit,
 nec causa secunda amplius potest, quàm ei à causa prima fuit
 infusum, *l. 9. §. 1. locat. l. per te §. prædium de legat. 2.* at Imperator
 Maximilianus I. cognitionem in matrimonialibus causis non
 habuit, seu eam tanquam in re spirituali usurpare noluit, ergo
 eam multo minus in austregales iudices transferre voluit, cum
 in omni concessione requiratur potestas & voluntas, quarum
 alterutra si defecerit, concessio nulla reputabitur *l. 54. d. R. I.*
Reinking. de Regim. secular. & ecclesiast. l. 3. class. 1. c. 10. n. 32. &
seqq. Neque obsunt, quæ in contrarium sunt allata, nam
 quamvis facilè largiamur, causas matrimoniales, si jus divi-
 num Gentium ac civile inspiciamus, esse merè seculares &
 à reliquis negotiis vitæ humanæ non alienas, tamen exinde
 haud evincitur, quòd eæ statim ad austregas pertineant, neque
 2. argm.

2. argm. movet, quia Imperator tempore constitutarū austregarum, & multo minus Camera, quæ ejus vice judicat, non habuit jurisdictionē in matrimonialibus, ideò non opus fuit, ut specialiter excipiantur, cum exceptio debeat esse de contentis regulæ: neque tertium & quartum argumentum stringunt, licet enim generalis & geminati sermonis magna sit vis & efficacia, tamen verba utcunque generalia & universalia non illimitatè effusoque sono, sed determinatè secundum voluntatem efferentis & ejus præsuppositam, rei que subjectæ aptitudinem & qualitatem sunt accipienda & determinanda. *Zafius 1. sing. resp. c. 6.* ait Imperatorem non voluisse in causis matrimonialibus austregas concedere, propter præsuppositum de ejus facto & defectum potestatis omninò verisimile ac pro certo habendum est, & ut breviter dicam, contraria loquuntur de dispositione ejus qui & potestatem & voluntatem disponendi habet, hæc duo enim in omni dispositione & actu requiruntur, *c. 23. de offic. delegat. ad quintum* respondeo, ordinationem de austregis non primum à Ferdinando in Ordin. Cam. Anno 1555. sed à Maximiliano I. in Ordin. Cam. de Anno 1495. rubric. *Wie Churfürsten / esse constitutam*, quo tempore de pace religionis & jurisdictionis ecclesiasticæ suspensione adhuc nihil cogitatum, minusve actitatum fuit. Hoc tamen admitto, ut, si privilegiatæ personæ non de vinculo matrimonii, sed de judicio possessorio, veluti de sævitia maritali vel de reposcenda uxore agant, austregarum judicium obtineat per Ordin. Cam. *p. 2. tit. 4.* *Warum und was Ursachen das wäre /* ubicunque enim in causa matrimoniali de possessione litigium oritur, cognitio ad judicem secularem, secluso penitus ecclesiastico pertinet, *arg. e. 12. extr. de usur. Meichsn. tom. 3. decis. 20. n. 81.* uti præjudicium nobis refert. *Anton. Thesaur. decis. 117.*

TH. V.

Causas feudales quoque à judicio austregarum eximi tradunt, *Gail. 1. O. 29. n. 7. Rosenthal de feud. c. 12. conclus. 1. n. 27. Rein-king. de Regim. secular. & ecclesiast. l. 2. cl. 2. c. 16. n. 17.* quæ sententia juri feudali est consentanea, quia feudalium controversiarum cognitio ad judices feudales pertinet. *Schrad. de feud. p. 10.*

F

sect. 1.

sect. 1. cum seqq. Rosenthal. de feudis c. 12. conclus. 1. & seqq. ut
 item inter duos Vasallos, feudi Dominus seu Senior, & in-
 ter Dominum & Vasallum pares curiæ de feudo controverso
 judicent, 2. f. 16. 2. f. 20. quod ampliatur, eo quoque ca-
 su, quo Imperatori cum Vasallo de feudo regali his intercedit
 pares curiæ id est Status Imperii judices esse. Rosenthal. de
 feud. c. 12. conclus. 3. Schrad. p. 10. sect. 5. n. 39. quare, si feuda imme-
 diatè ab Imperio dependent, Imperatori, sin vero mediatè,
 dominis mediatis feudi cognitio competit. Vultej. de feud. C.
 2. n. 10. quoad illa verò feuda, quæ immediatè Imperio subsunt
 Dd. variè distinguunt, & quidem (1) inter feuda quæ sunt
 Principatus, Ducatus, Comitatus, &c. atque reliqua feuda
 inferiora, in illis Imperator sibi cognitionem reservavit, utrum
 verò (2) Imperator solus an cum paribus curiæ i.e. Principibus
 Imperii de his feudis cognoscat inter Dd. controversum est, usu
 tamen magis servari videtur, quòd Imperator has lites plerumq;
 aulico suo consilio dirimendas demandet. Rosenthal. de feud. c.
 12. conclus. 3. n. 6. Reinking. de Regim. secul. & ecclesiast. l. 1. class. 4. c. 19
 per tot. quod in causa successione Marpurgenium testantur A. & A.
 Hassiaca: Obwol Landgraff Morizen J. S. sich wieder obge-
 dachtes den 23. Octobr. Anno 1613. Ertheiltes Kånserliches
 Decret &c. einer Appellation an die Römische Kånserliche
 Majestät und sämptliche Stände angemasset / ist doch die selbi-
 ge nicht angenommen / sondern verworffen und wieder zu rücf
 geschickt / darneben auch von Ihrer Kånserlichen Majestät
 auff Herrn Landgraffen Ludwigen / Klages-Handlung aller-
 gnädigst decretiret und erkant worden / des Landgraff Mori-
 zen / seiner prætendirten Appellation ungehindert / nochmah-
 len Zeit vier Wochen zu allem überflus & pro omni termino
 & prorogatione von Ampts wegen angefetzt / mit dem Anhang /
 &c. vid. Act. Hass. in documentis nullitatum pag. 141. quam sen-
 tiam Author der nothwendigen Erinnerung ad inform. Do-
 navv. p. 1. f. 161. & seqq. Rescripto Augustissimi septemviralis Col-
 legii ad D. Rudolphum I. Imperatorem die 17. Nov. An. 1611.
 dato, probat: Imperator verò de feudis majoribus non tan-
 tum in petitorio sed etiam in possessorio plenario solus, exclu-
 sa

sâ Camerâ, judex competens est, quia possessorium plenarium propter Possessionis commodum, magni est præjudicii, & sententia super eo lata est definitiva. *t.7.p.2. Ord. Cam. Gail.1. O.7.n.4.* in possessorio verò summario seu momentaneo etiam Cameram judicare posse ait Blum. *tit.41.n.4. § 5.* porrò Camera Imperialis jurisdictionem suam habet fundatam in controversiis Ducatum, Principatum & Baronatum, qui jure allodiali censentur, *Reinking.de Regim.secul. & eccles.l.1.c.4.c.19.n.60.* Denique volunt cameram in feudis Imperii inferioribus cùm Imperatore habere concurrentem jurisdictionem, *Gail.1. O.29. per tot.* quæ opinio, licet usu à quibusdam recepta dicatur, mihi non placet, quia hâc ratione austregas à cognitione controversiarum feudalium excludere non possumus, *Rosenthal. Guilman. & alii,* cùm judices austregarum de omnibus causis, in quibus Camera cognitionem habet, & *in Ordinat. Cam. exceptæ* non reperiuntur, judicare possint.

TH. VI.

Quando supra diximus, quòd austregæ duntaxat in causis civilibus obtineant, observandum erit, id non in omnibus, sed tantum quatuor casibus procedere, *Blum. process. Cam. tit.27.n.50.* quorum primus est, si Princeps Principem convenire velit. *tit.2.p.2. Ordin. Cam.* Secundus casus est, si Princeps instituat actionem contra Prælatum, Comitem, Baronem, aut Nobilem immediatum. *tit.3.p.2. O.C.* Tertius casus est, si Princeps conveniendus sit ab inferioribus Principe, sc. Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus ac Civitatibus: *tit.4.p.2. Ord. Camer.* vel si cives ac rustici *§. fin. tit.4.p.2. Ord. Cam.* Reo non subjecti, *Ordin. Cam. de Anno 1500. art. Wie Bürger und Bauren* / vel etiam proprii subditi, sub quibus etiam comprehendimus Judæos & alios forenses, domicilium jam constitutum in Principis territorio habentes, Principem convenire velint, *d. § fin. verb. Unterthanen / tit.4.p.2. Ord. Cam. Blum. process. Cam. tit.27.n.52. Wehn. Thesaur. pract. voc. Schirms verwandten in fin.* Quartus casus est, si Prælati, Comites, Barones & Nobiles immediati se invicem conveniant, *tit.5.p.2. Ord. Cam.* qui hoc austregarum privilegium demum Anno

1521. sunt consecuti. *vid. O.C. de Anno 1521. artic. ult. §. Hinwiederum / 16. & seq.*

TH. VII.

Exinde, quòd tantum quatuor hisce casibus obtineat austregarum privilegium, dicendum videtur, hoc privilegium cessare, si extraneus Imperio non subjectus unam ex his recensitis personis privilegiatis conveniat, unde hanc causam, cum inordinatione Camerali *tit. 4. p. 2. de extraneo nihil legatur, ex jure Communi definiendam putat Vultej. ad l. 1. ubi Senator. scil. ut Camera cum Imperatoris judicio aulico habeat concurrentem jurisdictionem: verum id facile concedimus, quod austregæ utrique ordini non ex æquo, sed secundum diversitatem actorum, diversimodè competant, ita, ut Vultej. sententia quidem in secundi ordinis proceribus, minimè autem si Princeps ab extraneo foret conveniendus, admitti possit, Myller. de Statib. Imperii p. 1. c. 20. §. 41. liquidem certa juris regula est, actorem debere sequi forum Rei, ubi non distinguitur, forum ne illud sit privilegiatum, nec ne? actor sit indigena an extraneus? *l. 2. de jurisdic. & sanè iniquum foret, extraneos majoribus gaudere privilegiis quàm indigenæ, & hoc in casu proceribus privilegiatas austregarum instantias denegare, cum quoad exteros non debeant esse minoris vel deterioris conditionis, uti rectè Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 210. & seqq. neque obstat, quòd in præcitato tit. 4. nihil sit de extraneo dispositum, & quamvis ibi expressis verbis de eo nihil constitutum reperiatur, tamen d. t. 4. generaliter loquitur, neque extraneum excludit, sed potius includit, uti cuius constitutionis sententiam acutius inspicienti, facile patebit & scire leges non est verba eorum tenere, sed vim ac potestatem, *l. 17. d. leg. neque mirum, quòd de extraneis d. ordinatio in specie nihil disponat, cum casus hic sit rarissimus, & leges constituantur, in his, quæ ut plurimum accidunt, non quæ ex inopinato, l. 3. d. Legib. & bona occasio est cætera, quæ ad eandem utilitatem tendunt vel interpretatione vel certè jurisdictione suppleri l. 12. l. 13.***

ff. de Lit.

CAP. V.

Forma & modo.

TH. I.

Austregarum causa formalis potissimum duo continet membra, unum *electionem & constitutionem* iudicium, alterum *modum procedendi*: in iudicium electione & constitutione, iterum duo sunt notanda, unum *quinam eligi & constitui* possint, alterum *quomodo sint eligendi & constituendi*, quod prius attinet ordines apprimè distinguendi veniunt, siquidem, quando primi ordinis proceres sive ecclesiastici sive seculares contra ejusdem ordinis personas sive ecclesiasticas sive seculares actionem intentant, soli Principes Imperii vel principes ecclesiastici vel seculares (modo non sint ejusdem domus, quod strictè tam in his, quam in illis intelligendum, *arg. §. und nachdem Deputation Abschied de Anno 1600.*) gubernacula tenentes, i. e. *regierende Fürsten* / Austregarum iudices constitui possunt, *tit. 2. p. 2. Ord. Cam.* & quidem hoc casu requiritur, ut Princeps actor, tam ecclesiasticus quàm secularis Principi Reo sive ecclesiastico sive seculari suam petitionem ac postulata in scriptis mittat, ac simul juris justitiæque administrationem requirat, *Ord. Cam. p. 2. tit. 2. pr.* & libellum formalem hoc in casu præcisè non requirimus, uti exoptulat *Magenh. Ord. Cam. p. 2. tit. 2. rubr.* quia in dicta ordinatione sola facti narratio in scriptis facta, ejusdemque transmissio requiritur, *d. r. 2. pr. in fin.* uti iudicatum in causa Preun contra *Mecklenburg* / *Blum. process. Cam. tit. 27. n. 59.* sunt verò in præfata requisitionis literis omnes puncti enarrandi, cùm omiſſa postea haud recipiantur. *Schubh. c. 6. n. 68. de Austreg.*

TH. II.

Cùm autem de requisitione ab actore facta, post terminum in ordinatione Camerali præfixum, haud perfectè constare possit, ideò actores, quò melius eam probare possint, literas requisitionales per Notarium & testes Principi Reo infi-

nuare solent, ac desuper instrumentum confici curant, quod instrumentum postea in Camera post terminum lapsum productum, supplicanti citatio per viam denegatæ aut protractæ iustitiæ communicatur: *Blum. tit. 27. n. 62.* interdum, si Notarius haberi non potest, à Reo ob transmissas literas requisitionis factæ Recepisse petere solemus, quo obtento, copia scripturæ requisitionis Reo transmissa una cum Recepisse in Camera exhibetur, & processus decernitur, *Rul. ad c. 3. process. jud.* non tamen hoc in casu nuncio Camerali, licet jurato fidem habemus, cum juramenta, quibus astringuntur, sint stricti juris, & tantum processus Camerales concernant, nec hunc casum comprehendant. *Schubh. h. c. 9. n. 93.*

TH. III.

A tempore factæ requisitionis, Princeps requisitus intra quatuor hebdomadas proximas quatuor Principes rerum gubernacula tenentes, & ex diversis familiis ortos, & quidem binos ecclesiasticos binosque seculares, sine calumnia nominare debet, §. 1. t. 2. p. 2. *O. Cam.* quod non præstito, Reus recta via in Camera conveniri potest, §. f. t. 2. p. 2. *Ord. Cam.* vel si mavult Actor, ne prima austregarum instantia à Reo privetur, promotoriales in Camera petat: *Blum tit 37. n. 27.* nihil autem interesse existimamus, Principes regentes, Principatum an Comitatum ejusve partem possideant, modo consiliariis, qui ipsis adjumento sint, fuerint stipati, §. 1. in fin. tit. 2. part. 2. *Ord. Cam.* *Schubh. de austreg cap. 6. n. 2.* quare Apennagiati vulgo *abgetheilte Fürsten / abgetheilte Herrn* / qui Consiliariorum numero destituuntur, austregarum iudices non adeo commodè eligi possunt. *Blum. process. Cam. tit. 27. n. 66.*

TH. IV.

Non tamen verba *Regierende Fürsten* de suæ tutelæ Principibus sunt intelligenda, uti volunt Forster. *in process. jud. tit. 3. obl. 2. Bruckm. consil. 37 n. 14. vol. 1. Roding. Pand. Cam. lib. 1. tit. 4. c. 2. §. rei partes* nam si hoc foret affirmandum, Principes post annum decimum quartum iudices eligi & constitui possent, hæc etenim ætate finitur tutela & quilibet suæ tutelæ & potestatis efficitur, *pr. j. quibus mod. tut. finit. l. f. C. quando tut. vel curat. esse desin.* quod tamen Ulpianus, in *l. 57. de Re jud.* negat, & constituit,

stituit, ut ad minimum is, qui iudicis officio defungi velit, annum decimum octavum sit egressus, quo circa hunc intellectum, cum juri communi repugnet, merito rejicimus, siquidem omnis interpretatio ita ineunda & facienda, ne contrarietur juri communi, sed ei sit consentanea, *l. 4. de usur. Menoch. arbitr. jud. qu. cas. 199. n. 9.* neque obstat, *l. 12. §. 2. de judic.* per quem textum Govean. argumento à contrario sensu ne unquam quicquam evincet, cum *d. l. 57.* tam claris disponat verbis, ut elidi vel obscurari minimè possit, quia certissimum juris principium est; argumentum à contrario sensu contra expressum juris textum vel communem juris rationem non procedere, *l. 2. C. de Condit. insert. Everhard. in loc. top à sensu contrario 82. num. 8. 12.* Si maximè Donellum *17. com. 24.* & alios qui minorem 25. annis iudicem esse non posse ajebant, tace-rem, quæ tamen sententia *d. l. 57.* æquè est contraria.

TH. V.

Eliguntur autem Principes non ultra lapidem duodecimum à fine territorii Principis Rei habitantes, *Blum. de process. Cam. 117. 27 n. 70.* quod quodammodo juri Canonico, præcipiente ne Reum ultra duas diastas extra suam dioccesin evocemus, convenit, *c. 7. X. de except. licet hoc postea fuerit correctum. Cap. 11. §. cum verò de Rescript. in 6.* est autem diæta spatium viginti milliarius Italicorum, quod itinerantibus in tempus diurnum computatur, *l. 3. d. V. S. l. 1. si quis cant.* unde concludo, quod hæc 12. milliarius computatio, non secundum artem Geometricam, sed secundum communem & usitatam viam, quæ ad fines territorii ducit, sit computanda; *arg. d. c. statutum 11. §. 1. de rescript. in 6.* verùm de eo dubitari posset, quænam milliaria hoc nostro casu sint intelligenda, legalia num vulgaria? illud suadere videtur, quod in omnibus constitutionibus interpretatio secundum usum juris communis, maximè in ordinatione ab illis, qui peritiam juris habuerunt, profectâ, sit facienda, *l. 1. C. d. contrah. stip.* cum milliaria Germanica in longitudine etiam valdè variant, & modo majora modo minora sint: tutius igitur milliariibus legalibus inherere videtur, ne partes occasionem disceptandi de milliariibus mensura acci-
pian,

piant, quare etiam apud veteres, ne ullum ob mensurationem sit litigium, ad singula milliaria lapides positi fuere: *Gædd. ad l. 3. d. V. S. n. 7.* Nos verò, quia non in Italia sed in Germania vivimus, Germanica milliaria communia, quæ nec majora nec minora sunt, & quorum unumquodque quatuor millia passuum præter propter in se continet esse intelligenda, putamus. *Gædd. ad d. l. 3. n. 9. & 10. Mynsing. respons. 54. n. 8.*

TH. VI.

Modus procedendi isdem fere est qui jure communi, nisi quid in ordinatione camerale specialiter reperiatur observandum, à quo judici, nisi cum contemptu dictæ ordinationis Imperialis, non licet recedere, & judicat electus judex non ex propria persona, sed vice committentis Imperatoris, *C. sanc. 11. X. de offic. jud. delegat.* adeò ut hoc in primo casu, uti in reliquis tribus casibus, commissarium à Cæsare impetrare Actori non liceat, quia huic non est liberum, Reo invito, ab hac constitutione discedere, *Blum. process. Cam. tit. 27. n. 72.* & quamvis hîc tempus, intra quod processus decerni ac finiri debeat, non exprimatur, certissimum tamen est, quòd Princeps judex electus, quàm cito poterit, litigantibus diem, & quidem uti videtur, intra mensem à die implorationis factæ significare, *arg. p. 2. tit. 1. §. 1. & tit. 4. pr. Ordin. Camer* & causam intra semestre vel si legitima impedimenta intercedant, intra annum proximum cum consiliiariis suis decidere debeat; *arg. d. t. 4. §. 1.* mortuò verò vel alias in vita sua ab officio recedente commissario ante causæ decisionem, processus novus non inchoatur, *l. 76. de jud.* Sed ex reliquis nominatis Principibus, novus ab Actore electus judex processum *in statu quò* suscipit, & quod juris est, per sententiam pronunciat. *p. 2. tit. 2. §. 3. Ord. Cam.* quod etiam, in reliquis tribus casibus, licet de iis Camera nihil expressè statuatur, juris est, *Blum. process. Cam. t. 29. n. 77.* nonnulli etiam existimant, quòd, electo Austregarum judice mortuo, causa ad Cameram devolvatur, *Schvvan. O. 17. n. 45. & 6.* cui sententiæ non adscribimus, quoniam hac ratione Actor & Reus citra negligentiam prima instantia per solam mortem commissarii privaretur, cum tamen causa tum demum ad Came-

Cameram devolvi debeat, si reus in protrahendo morosus fuerit, *d. Ord. Cam. p. 2. tit. 4. §. in fin.* quam sententiam, quod processus ad Cameram non devolvatur, ita ampliamus, etsi unus Commissarius, uti in casu secundo tertio & quarto contingere potest, ab Imperatore petitus & datus moriatur: *Blum. process. Cam. tit. 27. n. 79.* licet quosdam, ne acta pereant, hinc quoque consilii loco suadere, non ignorem, ut plures ab Imperatore petantur Commissarii, quò unò mortuò causa dijudicanda ad alium deveniat: Aliis verò arridet, quòd sive ante sive post litem contestatam, mortuò Commissariò, processus ad Regiminis successorem, nisi legitima impedimenta inhi-beant, devolvatur, *Magenh. ad Ord. Cam. p. 2. t. 2. in fin.* & hanc sententiam praxin observare, testatur Schwan. *O. 17.* verùm ordinatio *p. 2. tit. 2. §. 3.* id aliter non admittit, nisi utraque pars in successorem consentiat: Multo minus causa ad Cameram devolvitur, quando electus Commissarius vel Successor ejus justitiam facere protrahit, quia hoc modo actor & reus primà instantià, quod absurdissimum esset, pro lubitu judicis privaretur, & frustra in *Ord. Cam. p. 2. tit. 28.* constitutum esset, quod contra protrahentes & denegantes justitiam, promotoriales, mandata cum & sine clausula impetrare possimus. *Magenh. ad Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §. 1521. n. 10.*

TH. VII.

In secundo casu, si nim. Princeps contra Prælatum, Comitem & Baronem, aut Nobilem immediatum vult actionem movere. Duplex judicem eligendi præscribitur forma, & quidem vel Princeps actor ab Imperatore Principem non suspectum, nec ultra 12. milliaria à Reo residentem ad causæ dijudicationem, petit, *prin. tit. 3. p. 2. Ord. Cam. §. 9. tit. 4. p. 2. ordin. Cam.* vel Princeps actor Reo indicat, ut tres Principes ab actore ultra 12. milliaria, à fine territorii dinumeranda, haud remotos, nec suspectos nominet, quò unum ex illis in judicem eligat. *d. t. 3. in fin.*

TH. VIII.

In tertio casu, quando Princeps ab inferioribus Principe est conveniendus, olim unicus erat judicem constituendi mo-
G
dus,

dus, hodie octo dantur, quos octo vias appellant. *O. C. de an-*
no 1521. artic. ult. pr. & O. C. p. 2. tit. 4. §. 2. cum seq. prima via,
 quæ olim sola erat, est, si actor coram Principis Rei Consilia-
 riis juris administrationem petat, quò casu Princeps intra men-
 sem certò die actorem ad suam aulam citat, ut novem Consi-
 liarios partim Nobiles sive sanguine natos, sive recenter crea-
 tos, & non pauciores quinque jurisperitiam habentes, §. 4. tit.
 4. p. 2. *O. C.* partim jurisperitos, inter quos tamen non sit offi-
 cialis, qui Reo contra actorem operam accommodavit, confi-
 dere jubeat, *d. t. 4. princ.* quò factò, à Reo Principe electus iudex
 octo Consiliarios, & horum senior vicissim iudicem jurejuran-
 do in præsentia actoris ejusve procuratoris, obstringit, quò in
 hac causa ad utriusque partis proposita secundum juris & ju-
 stitiæ rationem cognoscant & post cognitionem intra seme-
 stre vel si impedimenta interveniant intra annum à die exhi-
 biti libelli *d. t. 4. §. 1.* sententiam ferant; si verò Reus tot Con-
 siliarios in sua aula non habeat, actor numerum ex vasallis &
 officialibus adimplere potest. *arg. §. 13. tit. 4. p. 2. O. C.*

TH. IX.

Forma procedendi in hac prima via est, quòd Reus suis
 sumptibus, quos etiam Consiliariis suppeditat, citationem a-
 ctori intra 30. dies insinuet, eidemque & secum adductis, extra
 pacifragos & manifestos Rei hostes, accedendi & recedendi
 securitatem publicam candidè præstet, *Blum. process. Cam.*
tit. 27. n. 103. & 112. Actor verò suis sumptibus comparet, &
 Advocatis & Procuratoribus suis debitum salarium solvit,
Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §. 5. nisi ob paupertatem Advocatis & Pro-
 curatoribus salarium dare non poterit, tunc præstato juramento
 paupertatis Reus ex suis subditis quosdam juramento solutos
 ad operas Actoris præstandas cogit, *arg. p. 2. tit. 8. §. 1. O. C.* id-
 que si Princeps haud fecerit processus ad Cameram devolvi-
 tur; *arg. d. tit. 8. §. 11.* & quanquam jure Camerali libellus in
 ipso comparitionis die in judicio sit exhibendus, *Ord. Cam.*
p. 3. t. 11. id tamen, cum aliquot dies ante Consiliariorum con-
 gregationem & juramentorum obstrictionem quàm facile
 præterlabi possint, non observatur; Secunda via est, ut actor
 ex

ex novem Consiliariis quinque vel septem, si coram omnibus agere non velit, seligat, qui non minus ac illi novem potestatem cognoscendi & decidendi habent, §. 5. tit. 4. p. 2. O. C. & formatur hic processus uti in via prima.

TH. X.

Tertia via est, ubi Reus requisitus actori tres Electores, Principes vel Principares minimè partiales denominat, ex quibus actor unum eligit, d. t. 4. §. 7. Princeps verò à Nobile immediato, vel aliis privatis sub quibus etiam civitates Imperiales & alias communitates intelligimus, requisitus nominationi Principum ex una domo non ortorum, & quod ultra 12. milliaria ab actore Principes nominati haud resideant, non astringitur, modò nullos ultra 20. milliaria nominet, d. t. 4. §. 8. l. 16. d. V. S. l. 15. ad S. C. Maced. & quamvis de Prælatibus, Comitibus & Baronibus in prædicto §. 8. nihil disponatur, eos tamen, cum in austregis ubique cum immediatis Nobilibus æquiparentur, simul comprehendimus, præsertim quod in d. §. 8. legamus, quod Principes si inter se agant, ad distantiam 12. milliarium sint astricti: modus procedendi hîc idem est quem supra primo casu tradidi. d. §. 8. lib. 4. p. 2. & p. 2. tit. 2. §. 1. & seq.

TH. XI.

Si vero actor quartam eligat viam, Cæsaream Majestatem vel Regem Romanorum humilima supplicatione, in qua Reus & causa exprimitur, implorat, ut vigore ordinationis hunc vel illum, qui tamen ad minimum sit eminentis Prælaturæ vel Comes, judicem constituat: si verò certum commissarium denominare non velit, petit, ut ex officio constituatur, qui causam audiat & dicat. d. t. 4. §. 1. Imperio verò vacante, à Vicariis Commissarius, qui tamen non minus Cæsareus Commissarius appellatur, obtineri debet, quamvis dictus §. 9. de his nihil agat, id tamen certissimum est, quia Vicarii Imperatorem representantes omnem jurisdictionem peragare possunt. Schutz. p. 1. Exerc. 5. thes. 14. Modus verò procedendi hic isdem est, ac in via tertia Ord. Cam. p. 2. t. 4. §. 9. qui paragraphus se in verbis, laut obgemeldter Ordnung / refert ad tit. 4. §. 8. ubi de modo procedendi in via tertia agitur, diciturque illum mo-

um debere institui juxta ordinationem ante hac sancitam, *ut*
delic. in Ord. Cam. p. 2. tit. 2. §. 1. & seqq.

TH. XII.

In quinta via Actor Reo nominat novem viros integræ
 vitæ, inculpatae famæ & bonæ existimationis, ex quibus Reus
 duos eligit: contra Reus novem ex suis Consiliariis actori de-
 nominare debet, ex quibus actor tres eligere tenetur, qui in
 causa, ut supra de novem Consiliariis diximus, procedunt, *d. t. 4. §. 10.* Sexta via est, ut actor duos graves ac honestos viros,
 & Reus duos consiliarios, qui in causa sumptibus amborum
 procedunt, causamque derimunt, eligat, si verò hi quatuor in
 sententia haud convenient, partium consensu arbiter consti-
 tuitur, in quo si partes discordes fuerint, Imperator vel eo ab-
 sente Rex Romanorum ad utriusque vel unius implorationem
 sumptibus utriusque præsidem constituit, qui secundum con-
 scientiam & æquitatem juris litem dirimit, *d. t. 4. §. 11.* Septi-
 mò actor ex omnibus Rei Consiliariis vel in horum defectu ex
 ejusdem officialibus vel vasallis, excepto uno vel altero, quem
 Reus sibi reservatum vult, eligit quinque, qui juxta ordinatio-
 nem de novem Consiliariis sancitam procedunt, *d. t. 4. §. 12.*
 Octava via est, ut Reus novem Consiliarios jurejurando astri-
 ctos & respectivè liberatos, & inter eos ad minimum quinque
 Nobiles, sistat, coram quibus scripta in duplo in quatuor ter-
 minis, spatio quatuor vel ob loci distantiam etiam 6. septima-
 narum, producantur; & tertium productum omne id, quod ad
 victoriam utile videtur, continere, nec productis quartis quid
 novi inferi debet, sed in iis utrinque concluditur, & nova, for-
 san in præjudicium actoris adjecta, non attenduntur, *d. t. 4. §. 14.*
 testes verò in hoc procedendi modo per commissarium
 ab utraque parte electum, examinantur, & si patres in consti-
 tuendo Commissario non convenient, utraque examinatore
 cum scriba ad testimonia recipienda eligit, *d. t. 4. §. 14.* austre-
 gales iudices etiam uni testium examinationem committere
 possunt, juxta *Ruland. de Commissariis p. 1. lib. 3. c. 5. n. 32.*

TH. XIII.

In quarto & ultimo casu, si Prælati, Comites, Barones & Nobiles immediati inter se agant, modus tum judicem constituendi tum procedendi duplex est, unus ut à Reo requisito tres Principes, ab actore ultra 12. milliaria haud residentes, nominentur, ex quibus actor unum, qui in causa cognoscat, eligit, quemadmodum *in pr. tit. 5. p. 2. Ord. Cam.* remissivè ad *tit. 4. §. 7.* constitutum est. Alter modus est, ut actor Commissarium à Cæsare impetret, qui juxta modum in *tit. 4. §. 9.* itidem remissivè præscriptum *in tit. 5. in fin.* procedat, quare exinde, ut iste Commissarius ad minimum præeminentis Prælaturæ aut Comes non verò Baro sit, firmiter concludimus. *d. t. 4. §. 9.*

TH. XIV.

Porrò notandum, austregarum jurisdictionem, exceptis tantum quibusdam casibus, etiam prorogari posse, & cum prorogationis duplicem speciem sc. *legalem & spontaneam* constituent Doctores, utramque, videbimus: Prorogatio legalis seu reconventio itaque in casu primo, secundo & quarto, iis in causis, quibus reconventio de jure communi locum habet, procedit, quia, quod in Ord. Cam. non reperitur prohibitum, dispositioni juris communis relinquitur, *arg. p. 3. tit. ult.* in tertio verò casu distinctè procedendum, & non obtinet in duabus postremis viis, per textum expressum Ord. Cam. *p. 2. tit. 4. §. 19.* *in jezigen nechsten zweyen vorhergehenden Articulu / den ChurFürsten / Fürsten und Fürstmässige keines Wiederrech- ten seyn / aber in den obgemeldten Articulu soll das Wiederrecht stadt haben /* ex quibus verbis facile quis concluderet, quod reconventio in sex cæteris viis indubitatè obtineret, verum id, ob *§. 1. d. t. 4.* qui de prima via loquitur, non procedit, cujus rei ratio est, quod durum videatur, ut actor coram Principis Consiliariis, qui propemodum judices in propria causa sunt, debeat reconveniri, cum jam periculosè coram iis agat, & quoniam hæc ratio non minus in via secunda ac prima pugnat, judico, reconventionem nec in secunda via obtinere, & satis est, quòd verba *aber in den obgemeldten Articulu soll das Wiederrecht stadt haben /* de via tertia, quarta, quinta & sexta, in

quibus non coram solis Rei Consiliariis, sed aliis iudicibus vel à solo actore, vel à Reo & actore electis, agitur, intelligi possint, *Subhard. h. c. 7. n. 3. 4. & seqq. Blum. process. Cam. tit. 27. n. 143. ad 146.* De prorogatione spontanea Dd. omnes non idem sentiunt, alii enim prorogationi non esse locum docent, *Umm. disp. 4. ad process. n. 93. in fin. Vultej. ad l. 1. n. 85. & seqq. C. de iurisdic. Bocerus de iurisdic. c. 7. n. 26.* Verum cum de jure communi hoc sit certissimum, omnem in genere jurisdictionem prorogari, *l. 1. de iudic.* quod nostro in casu ab Imperatore & Statibus Imperii non reperitur mutatum, stare malim huic sententiæ, quam in dissentientium opinionem transire, cum indubio jus commune non censeatur abrogatum, *l. 35. C. de inoff. testam. ibiq. Dd.* nec dicat quis hanc disceptationem esse inanem & supervacuum, cum moribus hodiernis & jure moderno, ob id quod jurisdictiones sint patrimoniales factæ, cesset prorogatio spontanea, nam hoc tantum quoad subditos verum est, ideoque hæc in Statibus Imperii manet immutata. *Blum. process. Cam. t. 27. n. 82. & 83.*

TH. XV.

Denique restat processus spoliis simplicis, qui prima via etiam coram austregis est tractandus, & non aliter, ac in prædictis quatuor casibus obtinet, nam (1) si Princeps Principem spoliaverit, tunc spoliatus austregas usurpare debet, quas Principes *p. 2. t. 2.* constitutas habent (2) Princeps à Prælato, Comite, Barone, aut Nobili immediato spoliatus utitur austregis *p. 2. tit. 3.* concessis, *d. t. 8. §. 15.* (3) Sin verò Prælati, Comes, Baro aut immediatus à Principe spoliatus fuerit, unam ex octo viis *p. 2. tit. 4.* eligere licet, *d. t. 8. §. 3.* (4) Prælati, Comites, Barones & Nobiles immediati à se in visem spoliati austregas, *p. 2. tit. 5.* concessas habent, *d. t. §. 15.* modi procedendi in his quatuor casibus idem sunt cum modis procedendi in quatuor casibus, supra relatis, nisi quod hi ita sint restricti, ut processus summariter decurrere debeant, quo lites intra annum à die insinuatæ citationis, & non ut supra à die exhibiti libelli terminentur, *d. t. 8. §. 15.* præterea iudex ex quatuor aut tribus Principibus pro diversitate casuum electus à solo Reo intra 14. dies post

post insinuatam electionem pro litis disceptatione suscipienda
 requiri debet, *d. t. 8. §. 7.* & Princeps requisitus curare tenetur,
 quò actor litem intra proximum mensem vel legitimis impe-
 dimentis intervenientibus longissimè intra sex hebdomadas
 per citationem obtentam inchoare atque in ea procedere possit
d. t. 8. §. 6. ita quoque commissarius quem actor à Cæsare im-
 petravit, ad ejusdem actoris instantiam intra mensem citatio-
 nem decernere litemque intra annum finire debet. *d. t. 8. §. 15.*
Blum. process. Cam. tit. 27. n. 155. ad 158.

CAP. VI.

De

Fine effectu & contrariis.

THES. I.

FInis austregarum est, ut Proceres Imperii plures unâ habe-
 ant instantias, siquidem durum videbatur, Status, qui im-
 mediatè Imperatoris & Camerali jurisdictione fruuntur, ibique
 conveniuntur, unicâ hâc instantiâ contentos esse debere, cum
 tamen graviores imò plerumque gravissimas disceptationum
 habeant causas, & sanè, quis non id absurdum fore? pronun-
 ciet, ut subditorum causæ leviores coram tot judicibus per ap-
 pellationem agitari, Procerum verò controversiæ appellatio-
 nis instantiâ, ubi non probata probare non deducta deducere
 licet, carere debeant, qua in causa Principes præ plebejis & ci-
 vibus mediatis, forent longè deterioris conditionis, *Schub-
 hard. de austregis c. 7. n. 1.* quare, ne hoc sit, saluberrimè ab Im-
 peratore & Statuum consensu est constitutum, ut judicem in-
 termedium, à quo per appellationis viam vel nullitatis que-
 relam causa ad Imperatorem vel Cameram devolvitur, ha-
 beant, siquidem introducta hæ austregarum judicia Impera-
 toris jurisdictionem minimè sicuti nec aliæ jurisdictionum
 concessiones, quas Imperator Statibus subordinatè concessit,
 minuunt, *Schütz. vol. 2. exercit. 3. th. 15. lit. a. de jur. public.*

TH. II.

Austregarum judicia eosdem cum aliis judiciis habent ef-
 fectus, videlicet ut interrumpant præscriptionem, *fin. C. de
 præ-*

prescript. 30. vel 40. ann. perpetuent actiones, l. un. C. ex delicti defunct. constituent possessorem in mala fide, l. antepen. C. de prescript. long. temp. ubi Diocletianus & Maxim. scribunt nec bona fide possessionem adeptis longi temporis prescriptio post moram litis contestata completa proficit, cum post motam controversiam in preteritum astimetur, quasi ex contractu obligant, l. 3. §. 11. de pecul. novationem inducunt, l. f. pr. vers. si enim novatur C. de usur. rei judic. Jus non deterius sed melius ac firmiter reddunt, l. 29. ff. de nov. l. 88. R. I. quò etiam referimus appellationes, tit. 2. p. 2. §. 2. ibi. Doch soll keiner Parthey die appellation für das Kaysersliche Cammergericht benommen oder abgestricket seyn/ Reconventiones, prorogationes & litis denunciationes, uti supra cap. prac. th. 14. docuimus illud denique speciale est, quod austregales iudices suarum sententiarum non habeant executionem, sed, si sententia post decendum in rem iudicatam transierit, rei iudicatae executio Camerae competit. Gail. 1. O. 1. n. 52. per textum in tit. 8. §. 8. pr. 2. Ord. Cam.

TH. III.

Cessant austregarum instantiae vel ob personas actorem scilicet & Reum, nunquam vero propter iudicem, vel ob res, quae sunt variae: ratione Actoris austregarum iudicium non invenit locum (1) si Princeps vel etiam alius velit convenire alterius subditum, hoc enim coram domino illius subditi tanquam ordinario iudice fieri debet, arg. Ord. Cam. p. 2. tit. 1. pr. & §. 1. item tit. 5. §. fin. p. 2. (2) Si Princeps, Praelatus, Comes, Baro aut Nobilis immediatus actionem contra civitatem Imperialem instituere velit, id enim in Camera fieri oportet, nisi conventa civitas, austregarum beneficium vel speciali privilegio vel longissimi temporis praescriptione sibi acquisiverit, Gail. 1. O. 1. n. 20. & quamvis Fichard. p. 2. Consil. 129. circa fin. existimet, Principum contra civitatem imperialem agentium actiones posse in iudicio austregali intentari, ne Princeps hac occasione sit deterioris conditionis, ac si contra Praelatum Comitem Baronem vel immediatum agat, tamen id ex ordinatione Cam. p. 2. tit. 3. haud probatur (3) Si Princeps aliquem ex secundo ordine convenire velit, & habeat consortem mediatum, tunc coram

coram austregis secundum nonnullos hoc facere non potest: Verum firmiori forte pede incedimus, si in contrariam sententiam abeamus, adscribendo scilicet arbitrio utriusque partis, nec non, alterutra parte dissentiente, austregarum competentiam denegando. *Mindan. de process. l. 3. de contin. caus. c. 4. n. 24.*

TH. IV.

Interdum austregas etiam cessare faciunt Rei conventi, sic (1) si Prælatus, Comes, Baro, aut Nobilis immediatus à mediato Prælato, Comite, Barone, Nobile, civitate provinciali vel alio quocunque privato, conveniretur, tum sanè austregarum judicia cessarent. (2) si Reus fortassis à jurisdictione Imperii esset exemptus, ut Rex Hispaniæ ratione Burgundiæ, *Mich. de jur. concl. 22. tit. a. Mindan. de Process. lib. 1. c. 22. n. 4.* Archiduces Austriæ, *vid. Limn. l. 5. c. 2. in privileg. Carol. V. ibi. Der obgemeldte Herzog ist umb keiner Sach schuldig vor dem Reich zu Recht zu stehen/ Er wolle dann gern/sondern Er mag einen seiner Lehmannen setzen/ vor demselben soll Er dem rechten Gehorsam oder statt thun/* cui addi potest *Frid. II. Imperatoris privileg. pro Duce Austriæ, ibi Dux etiam Austria non tenetur aliquam curiam accedere edictam per Imperium sequemvis alium nisi ultro de sua fecerit voluntate, Dux Lotharingiæ & Dux Wirtenbergicus, Pauermeister l. 2. de jurisdiction. c. 6. num. 138.* (3) Si Prælatus Comes, Baro aut Nobilis immediatus à suis subditis conveniretur, licet in Principe à suo subdito convento secus sit, *arg. d. t. 5. p. 2. Ordin. Camer. p. 2. tit. 4. §. fin. Blum. Process. Cam. tit. 27. n. 168.* (4) Si civitas imperialis vel alius mediatus à Privilegiatis Personis conveniretur. *Blum. d. l. num. 167.* (5) Si huic privilegio renunciatum, quod dicitur fieri *vel tacite*, ut si quis spontè se alienæ jurisdictioni subjiciat, *l. 14. ff. de jurisd.* vel si domicilium in alterius Status territorium transferat, domicilium enim jurisdictionem tribuit, *l. 2. C. de jurisd. l. 19. §. 1. de jud. vel expresse*, quo casu tamen generalam renunciationem non sufficere putamus, hæc enim semper interpretanda, ut minus noceat renuncianti in speciali suo jure. *l. 47. §. 1. de Pact. Mynsing. 1. O. 88.* (6) Si austregis gaudentes banniantur, vel Regalibus priventur, quo-

H

niam

AK TH 3484

58

niam omnia privilegia, ergo etiam privilegium fori, amittunt.
Mynsing. I. O. 90.

TH. V.

Ratione Rerum non obtinent austregalia judicia (1) si partes habeant austregas conventionales, *p. 2. tit. 2. Ord. Cam.* (2) in actionibus realibus, si actor in foro rei sitæ agere velit, *Blum. Process. Cam. tit. 27. n. 172.* (3) quando res de qua controvertitur non in jure actionis sed in mero judicis officio consistit, uti est ordinatio & confirmatio tutorum causaque alimentorum, *Blum. d. l. n. 174.* (4) in rebus, quæ magis imperii quàm jurisdictionis sunt, *Tennæus de process. class. 2. c. 29. in fin.* (5) in re, quæ per confessionem Rei est clara & manifesta, quoniam ab executione possumus incipere & mandata sine clausula decernere, *Gylm. voc. Austräge s. Austräge non habent* (6) in causis criminalibus, *Schubh. h. c. s. num. 8. & seqq.* (7) in causis matrimonialibus, *Blum. process. Cam. tit. 27. n. 182.* (8) in causis feudalibus, *Gail. 1. O. 29. Schubh. d. c. s. n. 107.* (9) in reductione laudi, quæ prætermisissis austregis ad Cameram pertinet, *Gail. 1. O. 1. num. 49.* quod etiam in causa *Solms contra Solms* ann. 1659. fuit observatum, (10) si viduæ seu pupilli juxta privilegium iis competens, statim coram Imperatore vel in Camera Imperiali judiciû institui velint, *Schubhard. c. 9. n. 10. Diff. Gail. 1. O. 1. n. 40.* (II) Si jurisdictio Cameræ ratione causarum fundetur, ut fit in causis fiscalibus & causa pacis religiosæ & publicæ, in quibus casibus processus in Camera statim instituitur.

T A N T U M

Summo Patri ac Filio & Spiritui Sancto

quorum unam Deitatem sub pari Majestate &
sub pia Trinitate credimus & veneramur

l. 1. in fin. C. de summ. Trinitat.

fit

GRATIA HONOR ET GLORIA.


1077

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Kodak
LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



RO
MAXIME STRENUO
INO,
N.

ANTINO

Neurath/

IC POTENTISSIMÆ
MUS

MSTADINÆ
NEO

ALSFELDENSIIUM
ODENSIIUM:

TORI
LSFELDENSIS ET
S MERITISSIMO.

*in finitorum collatorum beneficiorum
riori amoris Paterni conseruatione*

*Disputationem hanc filiali animo & pio
cultu venerabundus
offert*
GEORGIUS Neurath/ Resp.

